

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. Tullii Ciceronis Opera Omnia**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Basileæ, MDCLXXXII**

Epistolarum ad Atticum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

est, θεραπονητή. Ego tamen Antonii inveteratam sine ulla offensione amicitiam retinere sanè volo: scribamque ad eum: sed non anīcē, quām te video: nec tamen te avoco à syngrapha γράφω καθηγεῖς. Cras exspecto Leptam, etenim ad cuius rutam puglio mihi tui sermonis utendum est. Vale.

*T. ARG. De rebus domesticis & publicis.*

*TULLIUS TIRONI, S. P. D.*

<sup>24</sup> **E**t si manè Harpalum miseram: tamen, cūm haberem, tibi testē darem litteras, et si novi nihil erat, iisdem de rebus volui ad te sūpius scribere: non quin considerem diligentia tua: sed rei me magnitudo movebat Mihi prota, & puppis, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares. Ofilio, & Aurelio utique satis fiat. A Flaminio, si non potes omne, partem aliquam velim extorques: in primisque, ut expedita sit penitus Kalendis Jan. De attributione, conficies. De representatione, videbas. De domesticis haec tamen. De publicis omnia mihi certa, quid Octavius, quid Antonius: quām hominum opinio, quid futurum putas. Ego vis tenor, quin accurram. Sed litteras tuas exspecto: & scito Balbum tum fuisse Aquini, cūm tibi est dictum, & post die Hirtium. <sup>2</sup> Puto utrumque ad aquas. Sed quod egredit Dolabellæ procuratores, fac admoneantur. appellaserit Papiam. Vale.

*T. ARG. Lettera à Tironе requirit.*

*CICERO FIL. TIRONI, S. P. D.*

<sup>25</sup> **E**t si justa, & idonea usus es excusatione de intermissione litterarum tuarum, tamen id ne sūpius facias, rogo, nam etiā de repub. rumoribus, & nuntiis certior fio, & de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater: tamen de quavis minima re scripta à te ad me epistola semper fuit gravissima. Quare cūm in primis tuas deside-

rem litteras, noli comittere, ut excusatione potius exples officium scribendi, quām assiduitate epistolarum. Vale.

*T. ARG. Lettera ab eodem Tironе patr.*

*Q. CICERO TIRONI SUO, S. P. D.*

**V**ERBERAVI te cogitationis tacito duntaxat convictione,<sup>26</sup> quod fasciculus alter ad me jam sine tuis litteris perlatuſ est. Non potes effugere hujus culpa penam. De patrōnō Marcus est adhibendus: si que diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, vide ut probare possit, te non peccasse. Planè te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quā lagenas etiam inaneis obsignabat, ne dicerentur inanæ aliquæ fuisse, quā furtum essent exlicita: sicut, etiam si, quod scribas, non habebis, scribito, tamen, ne furtum cessationis quæsivisse videaris. Valde enim mi semper & vera, & dulcia tuis epistolis nuntiantur. Ama nos, & vale.

*T. ARG. Inveniatur in Hirto, & C. Panjani consule.*

*Q. C. TIRONI SUO, S. P. D.*

**M**IRIFICAM mihi verberationem cessationis epistola<sup>27</sup> medisti. Nam, quā paciūs frater perscriperat, verecundia videlicet, & properatione, ea tu sine affectatione, ut erant, ad me scripsisti, & maxime de consulibus defignatis: quos ego penitus novi libidinum & languoris effeminatissimi animi plenos: qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab universo naufragio periculum est. Incredibile est, quā ego illos seio, oppositis Gallorum castris, in æstivis fecisse, quos ille latro, nisi aliquid firmus fuerit, societate vitorum deliniet. Res est aut tribunitiis, aut privatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Casenam, alteri Cossonianarum tabernaculum fundamenta credas. Te, ut dixi, fero oculis. Ego vos ad III. Kalend. videbo, tu quoque oculos, etiam si te veniens in medio foro video, dissaviabor. Meama. Vale.

<sup>1.</sup> Sed litteras tuas exspelle. Non aliter hic locus in Medicō sed Pall. aliquot & editio prima, quemadmodum & Victorius edidit, sed si litteras tuas exspelit Lambinus non male, quod quidam libri habent, sed scriberis litteras, finitae, sed si litteras, &c.

<sup>2.</sup> Puis utrumque ad aquas. Sed quod egreditur. Victorianæ editionis legiōnem tenuimus, approbatam & confirmatam à Palat. sexto, Hirtorp. Nam, primus sicut & antiquissima editio; puis utrumque ad aquas

seu quid elegerint Dol. pro. Turnebus ex conjectura emendabat, vel: puto utrumque ad aquas. Emas quid egreditur: vel puis utrumque ad aquas. Xonias, quid egritis scribam ad resiliens: quod Lambino magis placet, quam Manutianum commentum: puto utrumque ad aquas scimus quid egritis: quod tamen aliquanto remotius esse à scriptura vulgata eademq; antiqua ait idem. Editiones quippe feruntur pisi utrumq; ad aquas feras: unde faciendum Gulielmus esse putat aquas sensas.

# M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER PRIMVS, AD ATTICVM.

*CICERO ATTICO SAL.*

ETITIONIS nostra, quām tibi summa cura esse scio, hujusmodi ratio est, quod adhuc conjectura provideri possit. <sup>1</sup> Prensat unus P. Galba, sine fuso ac fallaciis, more majorum, negatur. ut opinio est hominum, non

aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropria pressatio, nam illi ita negant vulgo, ut mihi se debere dicant. ita quiddam spero nobis profici, cūm hoc percrebescit, plurimos nostros amicos inveniri. Nos autem initium pressandi facere cogitamus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his litteris proficisci Cincius dicebat,

<sup>1.</sup> Prensat unus P. Galba, sine fuso ac fallaciis, more majorum, negatur. Ita interpusit hunc locum Malaspina: & Murecus firmat. lib.

IX. Variae, lect. cap. 10. Prius erat; P. Galba sine fuso ac fallaciis more majorum. Negatur, quod pressat P. Manutius.

dicebat, t in campo, comitiis Tribunitiis, 2 A. D. xvi. Kalend. Sext. Competitores, qui certi esse 3 videantur, Galba, & Antonius, & Q. Cornificius. puto te in hoc aut risisse, aut ingemuisse, 4 ut frontem serias sunt, qui etiam Cænonium patent. Aquilium non arbitramur, 5 qui negat, & iuravit morbum, & illud suum regnum judiciale oposuit. Catilina, si judicatum erit 6 MERIDIE NON ZVCERE, certus erit competitor. De Aufidio, & 7 Palacano, non puto te expectare dum scribam. De iis, qui nunc petunt, Caesar certus putatur. Thermus cum Silano contendere existimatur; 8 qui sic inopes & ab amicis, & existimatione sunt, ut mihi videatur non esse *adversator*. Curius obducere, sed hoc prater me nemini videtur. Nostris rationibus maximè conducere videtur, Thermum fieri cum Cesare. nemo est enim ex iis, qui nunc petunt, qui, si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur; propterea quod curator est via Flaminia, 9 qua tum erit aboluta fane facie. 10 eum libens *Zeepos*, ciceri Consul accuderim. Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio. Nos in omni munere candidato funendo sumam adhibebimus diligentiam: & fortasse, quoniam videtur in suffragiis 11 mulum posse Gallia, cum Roma a judicis forum refixerit, ex currente mense Septembri legati ad Pisonem, ut Januario revertantur. Cum perspexo voluntates nobilium, scribam ad te, cetera spero prolixa esse, his duxat urbanis competitoribus. Illam manum, tu, mihi, cura, ut præstes, quoniam proprius abes, Pompeji, nostri amici. 12 nega me ei iratum fore, si ad mea comitia noua venerit. Atque hæc hujusmodi sunt. Sed est, quod abs te mihi ignoscit per velum. Cæcilius, avunculus tuus a P. Vario cum magna pecunia fraudator, agere coepit cum ejus fratre Caninio, 13 Satrio de iis rebus, quas cum dolo malo mancipio accepisti de Vario dicere. una aegbant ceteri credentes, in quibus erat Lucullus, & P. Scipio, & is, quem putabant *magistrum* fore, si bona venirent, L. Pontius. verum hoc ridiculum est, de magistro nunc cognoscere, rogavit me Cæcilius, ut adesse contra Satrium. dies fere nullus est, quin hic Satrius domum meam ventiter, obseruat L. Domitium maximè: me habet proximum. fuit & mihi, & Quinto fratri magno usi in nostris petitionibus, sanè sum perturbatus, cum ipsius Satrii familiaritate, tum Domitii, in quo uno maxime ambitio nostra nititur, demonstravi hæc Cæcilio: simul & illud ostendi.

1. In campo.) Hæc quoque distinctio est Malaspina. Vulgata editio hinc periodum incipit; In campo comitiis tribunitiis. Ceterum pro, tri-  
buitis, non oblitera extare vell; ga in ms. suo scribit Vrbinus hujus  
scripturæ, comitiis tribuitis.

2. A. D. xvi. Kalend.) Ita distinxit Bosius quam antea esset. A. D. xvi. Kalendas. lequorunque itud 1000 libro. itaque semel indicatis sufficit, ut etiam; exhibuit hec nobis Bosii textum, ut ipse adnotarat in patria sua, nam, consulete iterum Palatinas membranas post Frumentum, supervacuum videbatur; in tanta prædictorum temporis angustia. Gulielmus hec nihil adnotarat ad margines libri su. 3 sed Vvenerus unum alterumque librum, scriptum atque editum conferi iuxerat cum vulgaris.

3. Videantur.) Vulgaris, id est bavarus.

4. Ut frontem serias, sunt.) Conjecturam Manutii, qua diligitur. Pnus te in hoc aut risspe aut ingemisse. Ut frontem serias, fuis, qui etiam Cænonium patens, & libris Palatinis adjuvavit Iunius, pro, Cænonium, vero Cænonium in quibusdam libris legi ait Muretus, qui præterea adquiclit interpcioni Manutianæ.

5. Quod deuegar.) Hæc est & scudarum Bosi, & vulgo recepta lectio. Petri Pithous ms. exemplar habebat, qui & negat & i. m. ex quo ipse legit, qui & vulgaris & i. m. quæ correctio sicutur au toritate codicis Tornæiani & Crucellini, consularum ipse Petrus Pithous lib. 11. Subsecivit, lectio, cap. 8.

6. Meride non diebis.) Beroldus & Victorius legunt, liquet, Muretus Iacobi Taurelli fidem lequutus, ex Veteri libro in quo ita legitur, si judicatum erit merid lucere; emendat, si judicatum erit lucere, videatur is cap. illo decimo variarium.

7. Palacano.) Palikano ex veteribus numis rescribit Vrbinus.

8. Cariam obducere.) Codex Tornæsi. Terium, illud obducere Victorii, tueretur Muretus d. cap. ro. contra nescio quos, quippe Malaspina emendationes nobis non dundum videre contigit.

9. Quæcum erit.) Hanc lectioem habet Bosi, & Tornæsi. Decart. & Crucellini, stuprum que post. Facile, additur, sit & ab ipso Bosi. Prius tamen ex sola conjectura ita & legerat & distinxerat Muretus.

si ipse unus cum illo uno contendoret, me ei satisfactum fuisse: nunc in causa universorum crediuorum, hominius suo nomine prohiberet, facile causam communem sustinerent, & quom esse, eum & officio meo confidire, & temporis, diutius accipere hoc mihi vilus est, quam vellem & quoniam homines belli solent: & postea prorius ab infinita nostra paucorum dierum consuetudine longè refugit. Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas, & me existimes humanae esse prohibitor, ne contra amici sumum existimatum miserissimo eius tempore venire: cum is omnia sua studia, & officia in me contulisset, quod si voleas in me esse durior ambitionem putabis mihi obstituisse. ego autem arbitrari, etiam si id sit, mihi ignoscendum esse. 14 *τετράκις* isequor, *σέδε βαῖνη*, vides enim, in quo cursu sumus, & quoniam omnes *grassis* non modò retinendas, verum etiam acquirendas putemus. Spero tibi me caualam probabis; & propio quidem certe. Hermathena tua valde me delectat, & postula ita bellè est, ut totum gymnasium 15 *πλήρης* esse videatur. multum te amamus.

### CICERO ATTICO, S.

16 L Julio Cesare, C. Marcio Figulo coss. filio me auctum scito, salva Terentia. 17 Abs te tam diu nihil litterarum? Ego 18 de meis ad te rationibus scripsi a ea diligenter. Hoc tempore Catilinam, competitorum nostrum, defendere cogitamus. judges cursum, & quoniam voluntas, summa accusatoris voluntate. Ipero, si absolitus erit, conjunctiorem illum nobis fore in ratione petitionis: si aliter acciderit, humanter feremus. Tuo adventu nobis opus est maturo, nam prorius summa hominum est opinio; tuos familiares, nobiles homines, adversarios honoris nostro fore, ad eorum voluntatem mihi conciliandum maximo te mihi usi fore video, quare Januario mense, ut constitui, cura ut Roma sis.

### CICERO ATTICO, S.

19 A VIAM tuam scito desiderio tui mortuam esse, & si mul quod verita sit, ne Latinæ in officio non manent & in monte Albano hostias non adducerent. Ejus rei consolationem ad te L. Saufeum missurum esse arbitrari. Nos hic te ad mensem Januarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis, nam ad me de eo nihil scripsisti. Signa, quæ nobis curat, ea sunt ad Cajetam.

10. Eum libens *Zeepos*.) Ita Bosi ex scidis & Crucellini, habentibus, eum libenter nun ciens Consul accidens, & Tornæsi in quo legitur, eum libenter nun ciens consuli accidens. Distinctiones optimæ à Manutio & Bosio postea laudat Iunius; sed lectioem Bosi rejicit, legique cum libens nun Cæsari Consuli accidens, & ex miss. Pal. in quibus est, eum libenter nun ciens consuli accidens. & in quibusdam, accidens, caligations hujus loci octo novem, reperire est apud Lambinum, qui aedatur.

11. Mulum posse Gallia.) Hæc emendatio est Victorii, ex verutis codd. quam antea legererat Galba.

12. Negare.) Et hæc correctio est à Victorio, quam prius esset, negat.

13. Satrii.) Prius erat, satyri, ut & in fra. satrium, satyri, satyri, pro Satrium, Satrius, Satrii.

14. *Εἴτε τέχνης* (i. e.) Quia non victimam, neque tergus bu. bulum (sc. capto). Antea depravate legebant, teste Victorianus. *Τετράκις* ἀγαθοὶ οἱ πιστοὶ; quam per impunitam legeret non possent litteras Graecas quæ in ms. aliquantum confusæ & deformatae erant.

15. *Ηλίας τετράκις*) Ex veteribus libris emendatum, quoniam antea ut ait Victorius *τετράκις* scriberetur. Ceterum vox *ηλίας* absit à Fulviano ms.

16. L. Julius Cesare.) Ab his verbis & Malaf. & Bosius initium epistole dueunt s. si non suffragantibus, certe non retragantibus veteribus codd. in quibus hæc epistola agglutinata est superiori, nullo principii discrimine.

17. A. Ita tam diu.) Hinc vulgus epistolam orditum.

18. Deinceps ad terrenibus.) Melior Victorii codex, de meis traditis habet.

19. A. Ita tam.) Hinc epistolam inchoandam docuere Bosius, Iunius, & alii ante eos.

Objetum exposta. nos ea non vidimus. neque enim excludi Roma potestas nobis fuit. misimus. qui pro vestra solveter. te multum amamus. quod ea abs te diligenter. parvoque curata sunt. Quod ad me saepe scripsi de nostro amico placando. feci. & expertus sum omnia: sed mirandum in modum est animo abalienato: quibus de suspicitionib; et si audire te arbitror. tamen ex me. cum veneris. cognoscere. Sallustium praesentem restituere in ejus veteram gratiam non potui. 1 hoc ad te scripsi. 2 quod is me accusare de te solebat. 3 at in se expertus est illum esse minus exorabilem. meum studium nec ubi detulisse. Tulliam C. Pisoni L. F. Frogi despondimus.

## CICERO ATTICO, S.

**C**REERAS exspectationis nobis tui commoves. nuper quidem. cum jam te adventare arbitraremur. repente abs te in mensu Quintilem reieci sumus. nunc vero censio: quod commodo tuo facere poteris. venias ad id tempus. quod scribis. obieris Quinti fratris comitia: nos longo intervallo viseris; Acutilianum controversiam transigeris. hoc me etiam Peduceus. ut ad te scriberem. admonuit. putamus enim utile esse: te aliquando jam rem transigere. mea intercessio parata & est. & fuit. Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus. cui cum & qui fuimus. tamen multo maiorem fructum ex populi exsuffiatione. illo damnato. cepimus. quam ex ipsis. si absolutus esset. gratia cepissimus. Quod ad me de Hermathena scribis. 4 per mihi gratum est: & ornamentum Academiz proprium mez. quod & Hermes commune omnium. & Minerva s singulariter est insigne ejus gymnaſii. quare velim. ut scribis. ceteris quoque rebus quam plurimis eum locum ornes. Quia mihi antea signa misisti. ea nondum vidi. in Formiano sunt. quod ego nunc proficiſci cogitabam. illi omnia in Tufculanum deportabo. Cajetam. si quando abundare coepero. ornabo. Libros tuos conserva: & noli desperare. & eos me meos facere posse. quod si assequor. supero Crassum divitis. atque omnium & vicorum. & prata contemno.

## CICERO ATTICO, S.

**Q**VANTVM dolores accepimus. & quanto fructu sim privatus & forensi. & domestico. Lucii fratris nostri morte. in primis pro nostra consuetudine. tu existimare potes. nam milii omnia. quae jucunda ex humanitate alterius. & moribus homini accidere possunt. ex illo accidebant. quare non dubito. quin tibi quoque id moleſtum sit. cum & meo dolore noverat. & ipſi omni virtute. officio. que ornatissimam tuique & sua sponte. & meo sermone amantem affinem. amicumque amiseris. Quod ad me scribis de sorore tua: testis erit tibi ipsa. quantia mihi cux fuerit. ut Quinti fratris animus in eam esset is. qui esse deberet: quem cum esse offensio rem arbitratur. eas litteras ad eum misi. quibus & placarem ut fratrem. & monerem

ut minorem. & objurgarem ut errantem. itaque ex illo quod postea saepe ab eo ad me scripta sunt. confido ita esse omnina. ut & oporteat. & velimus. 2 De literarum missione. sine causa abs te accusor. numquam enim a Pompeia nostra certior sum factus. esse. cui litteras dare possem. porrò autem neque mihi accidit. ut habetem. qui in Epiſt. proficiſceretur: neque dum te Athenis esse audiebamus. De Acutiliano autem negotio quod mihi mandras. ut primum a tuo digressu Romanum veni. confeceram: sed accidit. ut & contentione nihil opus esset. 9 & ut ego. qui in te satis confiliū statuerim esse. malleum Peduceum tibi consilium per litteras. quam me dare. etenim cum multis dies aureis meas Acutilio dedillem; cuius sermonis genus tibi notum esse arbitror; non mihi grave 10 duxiſsem scribere ad te de illius querimoniis. cum eas audire. quod erat subodiosum. leve putassem. sed abs te ipso. qui accusas. unas mihi scito litteras redditas esse. cum & oīt ad scribendum plus. & facultatem dandi mejorem habuebis. Quod scribis. etiam si cuius animus in te esset offensior. à me recolligi oportere. quid dicas: neque id neglexis. sed est miro quodam modo affectus. ego autem. qua dicenda fuerunt de te. non prterii. quid autem contendendum esset. ex tua putabam voluntate 11 statuere oportere. quam si ad me prescriperis. intelliges. me neque diligentiores esse voluisse. quam tu es. neque negligenter fore. quam tu velis. De Tadiana re. mecum in Tadius locutus es. te ita scripſisse. nihil esse jam. quod 12 laboraretur. quoniam hereditas usucapta esset. id mirabatur te ignorare. de tutela legitima. in qua dicitur esse puerilla. nihil usucapi posse. Epitocam emptionem gaudeo tibi placere. Quia tibi mandavi. & qua tu intelliges convenire nostro Tuluclano. velim. ut scribis. cures. quod sine molestia tua facere poteris. nam nos ex omnibus moleſtis. & laboribus uno illo in loco conqueſtimus. quo fratrem quotidie exspectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet. & te. & sororem tuam. & matrem maximè diligit. salutemque tibi plorimam adscribit. & Tulliolam. delitiz nostram. Cura. ut valeas. & nos ames: & tibi persuades. te à me fraterne amari.

## CICERO ATTICO, S.

**N**ON committam posthac. ut me accusare de epistola. 6 tum negligentia possis. tu modo videro. in tanto otio ut par mihi sis. Domum Rabirianam Neapoli. quam tu jam dimensam. & exadūcātam animo habebas. 13 M. Fontinus emit 14 CCC 1000 xxx. id te scire volui. si quid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret. Q. frater. ut mihi videntur. quo volumus. animo est in Pomponiam. & cum ea nunc in 14 Arpinā: ibus prædiis erat. & secum habebat hominem 15 Xerxes. D. Turrianum. Pater nobis decessit A. D. VIII. Kal. Decembr. Hac habebam ferē. 16 quz

Ggg

2. Hoc ad te scripsi.] Vulg. Hoc ad te scripsi.

2. Quod si me auferas de te.] Sic habent miss. teste Lambino: quidam interponunt pronomen. qui. hoc modo. quidam qui me. Et. Vrino. videtur legendum apud te. pro. de te: quamvis de te. etiam ferri posse.

3. &amp; i' experies.] Particulam. Et. restituit ex Decur. Boſius.

4. Per mihi gratum est; Et.] Vulgo. per gratum mihi est strumentum. Faſtus referente Vrino. delecto. Et. mutataque interpunktione. sic dicit: Quod ad me de Hermathena scribis. per mihi. gratum. est. etiam tam academum proprium mea.

5. Singolare illi infugit.] Vocem infuge ex seſt. Tornaz. &amp; Crusell. restituit Boſius.

6. Et memori. Ex fine decur. scribit Boſius. &amp; me. quod ante ea conjectura reſcripsit Faſtus.

7. Vice &amp; prata.] Lucas emendat Ant. Augustinus. quod summe placeat Vrino: Gol. elius acquisitior vulgariter. inde vice. qui vi- cos coſhabitant. Tullius pro Cæcina cap. 10 aut sante colonia. aut vicina. aut clivis.

8. Di litterarum missione.] Petrus Rembo plicatum. esse refert. Vul-

9. Et ut ergo. quod:] Attic. si. obiect. à vulg.

10. Duxiſsem.] Pruis erat duxi. ita vero ex decur. corrigit Boſius. quomodo. &amp; legendum duxerat Malaspina.

11. statuere oportere.] Lambinus codicis Tornaz. scriptor. vestigium sequatur in quo est. ex tua putabam voluntate statuere oportere. legiſt. &amp; voluntate me statuere oportere.

12. Laborare.] Ita codex Tornaz. vulgo laboraret.

13. M. Fontinus.] V. Corvinus M. Tornaz. legat. ut hic sit. pro quo Cicero habuit orationem. Lambinus. Vrino. Junius de Tanti. seu legendum suscipitur. id est. Manius Feſtus; Fontinus vero pro Fontinum null habere auctor. Fulvius. &amp; Junius. quorum hinc rejetur. vocem illam. Feſtus. que in vulgari editione post Feſtus additur; Fontinus vero pro Feſtus inauditem esse contendit. Sed &amp; Decur. &amp; Tornaz. fallo- rum que veritorum codicem hide probom esse assert. Boſius.

14. Arpinatis prædiis.] Vulg. Arpinati prædiis.

15. Xerxes. D. Turrianum. Pater nobis

qua te scire vellem. Tu, velim, si qua ornamenta *γυμναστιῶν* reperire poteris, qua loci sint ejus, quem tu non ignoras, ne præfermis. Nos Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsi tum denique, cum illò venimus, placeamus. Quid agas omnibus de rebus, & quid acturus sis, fac nos quam diligentissime certiores.

## CICERO ATTICO, S.

**A**PUD matrem restò est, eaque nobis cura est. L. Cincio <sup>7</sup> A.H. s. XXCD. constitui me curaturum Idbus Febr. Tu, velim, ea, qua nobis emisse, & parasse scribis, des operam, ut quām primum habeamus: & velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quemadmodum *bibliothecam* nobis conficer possis. omnem spem delectationis nostrā, quam, cū in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus.

## CICERO ATTICO, S.

**A**PUD te est, ut volumus, mater tua, & soror à me. Quia tunc fratre diligitur. Cum Acutilio sum locutus, is tibi negat à suo procuratore quidquām scriptum esse, & miratur istam controversiam fuisse, quod ille recusaret satisfacti, amplius abs te non petti. Quod te s. de Tadiano negotio decidisse scribis; id ego Tadio & gratum esse intellexi, & magnopere jucundum. Illi noītis amicus, vir me hercule optimus, & mihi a micissimus, sanè tibi iratus est. hoc, si, quantu *τάξις*, sciam, tum, quid mihi elaborandum sit, scire possum. L. Cincio <sup>7</sup> A.H. s. CCIDCCC. pro signis Megaricis, ut tu ad me scripleris, curavi. Herma tui Pentelici cum capitibus *ἀνείς*, de quibus ad me scripsisti, jam nunc me admodum delectant: quare velim, & eos, & signa, & cetera, qua tibi ejus loci, & nostri studii, & tu *ελεγαντία* esse videbuntur, quam plurima, quam primumque mittas, & maximè qua tibi *γυμνασίου*, xylisti que videbuntur esse, nam in eo genere sic studio effervescit, ut abs te adjuvandi, ab aliis prope reprehendemus. Si Lentulus navis non erit, quod tibi placebit, imponito. Tulliola, deliciola nostra, tuum manuscolum flagitat, & me, ut sponorem, appellat, mi autem abjurare certius est, quam dependere.

## CICERO ATTICO, S.

**N**IMIVM rati nobis abs te littera afferuntur: cū & multo tu facilius reperias, qui Romam profiscantur, quām ego, qui Athenas: & certius tibi sit, me esse Romam, quām mihi, te Athenis. Itaque propter hanc dubitationem meam brevior hac ipsa epistola est: quod cū incertus essem, ubi essem, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus devenire. Signa Megarica, & Hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer

expecto, quidquid ejusdem generis habebis, dignum Acta demia tibi quod videbitur, ne dubitatis mintere, & auctoritate confidito. genus hoc est *vobipatia* mez: qua *γυμναστιῶν* maxime sunt, ea quozro, & Lentulus naves suas pollicetur. peto abs te, ut hac cures diligenter. Chilustre rogas, & ego ejus rogatu, <sup>8</sup> *Εὐρυπλάτων*, πάτερ,

## CICERO ATTICO, S.

**C**UM esses in Tusculano, (eris hoc tibi pro illo modo, *Cum esses in Ceramico*) verum tam cū ibi essem, Roma puer à sorore tua missus, epistolam mitti abs te alatam dedit, nuntiavitque, eo ipso die post meridiem 9 iurum eum, qui ad te profisceretur, eo factum est, ut epistola tua rescriberem aliqui; brevitate temporis tam pauca cogerer scribere. Primum tibi de nostro amico placando, aut etiam plene restituendo pollicor. quod ego, eti mea sponte ante faciebam, eo nunc tamen & agam studiosius, & contendam ab illo vehementius, quod tantam ex epistola voluntatem ejus rei tuam perficere videor. hoc te intelligere volo, per graviter illum esse offensum: sed quia nullam video gravem subesse causam, magnopere confido illum fore in officio, & in nostra potestate. Signa poteris, velim imponas, & si quid aliud <sup>11</sup> *αἰνέον* ejus loci, quem non ignoras, reperies, & maxime, qua tibi palestra, gymnasique videbuntur esse, etenim ibi sedens haec ad te scribebam; ut me locus ipse admoneret. Praterea 12 typos tibi mando, quos in teatro atrio possim includere, & <sup>13</sup> putealia signata duo Bibliothecam ruam cave cuiquam desponebas, quamvis acrem <sup>14</sup> amatorem invenieris: nam ego omnes meas vindemiolas eo refero, ut illud *subsidium* senectuti parem. De fratre, confide ita esse, ut semper volui, & elaboravi. nauta signa sunt ejus tui, non minimum, quod soror <sup>15</sup> *pragmatum* est. De comitis meis, <sup>16</sup> & tibi me permisisse memini, & ego iam pridem hoc communibus amicis, qui te expectant, prædicto non modo <sup>17</sup> non accersi à me, sed prohiberi; quod intelligam multo magis intercessu tua, te agere, <sup>18</sup> quod agendum est hoc tempore, quam mea, te adesse comitii, prouinde co animo te velim esse, quasi mei negotii causa in ista loca missus essem. <sup>19</sup> me autem eum & offendes erga te, & audies, quasi mihi, <sup>20</sup> si qua parta erunt, non modò te præsente, sed per te parta sint. Tulliola tibi diem dat; <sup>21</sup> sponsorem appellat.

## CICERO ATTICO, S.

**E**T mea sponte faciebam antea, & post, duabus epistolis tuis perdiligerent in eandem rationem scriptis, magnopere sum commotus, eo accedebat hostator affi- duci

1. Si qua ornamenta *γυμναστιῶν*). Hæc emendatio est Victorii ex antiquo libro in quo sic legebatur, *gymnasio* de *privite* poteris. Antea habebatur, *si qua ornamenta* *gymnasio* reperire poteris.

2. *Γυμναστιῶν*). Apropt gymnasio.

3. Apud matrem.) Hoc principium epistolæ, ut monvere Bosius & Iunius.

4. Quid illerius usus fatus. (Vulg. quod ille recusaret; *satudari*, &c.)

5. De Tadiano negotio decidisse.) Iunius ex miss. Palat. emendat. de Tad. <sup>22</sup> *accipit*, quem vide.

6. Ille noster amicus *vir mehercule optimus*.) Vulg. ille noster amicus & mehercule *vir optimus*.

7. Lentulus natus suis pollicetur.) Vrbinus mallei ex miss. nari sua pollicetur.

8. *Εὐρυπλάτων*, πάτερ.) Particula quosdam codices habuissent ex Victoria videre est, qui tamen illud præfert.

9. Iunius enim. Et Bosius ex Decurt. Torn. & Crisellino: etiam vulgatam editionem, quam Victorianam appellat, non damnat, et auctem sic se habet, missum eum.

10. Hermaclaelas.) Verteres editiones, teste Vrbino, habent *εἰρηνεῖον*, quod illi tamen improba.

11. Oineos.) Ita reponit Victorius, tum ex libro tum ex conjectura, & eum sequetus Bosius. Iunius vero contendit recinendum esse *Victor*, in vacuū consentientibus miss. Palatinis.

12. Typus.) Macromalus in sui Corollaci libro 1. cap. 34. Rhypat legit.

quem vide; Victorii antiquior codex *Lypus* habet: *vir quidam doctus*, ut ait Manut. legit *Tubus*.

13. *Putealia signata*.) Putealia signata olim emendaverat Beroaldus. Bestiariorum libri; putalis signata.

14. Amatorum.) Fastrus legebat emperorem.

15. *Pugnare*.) Itaveteres codices habete testatur Lambinus; vulgo prægnante.

16. Tibi me permisisse memini.) Præmissa ex Palat. miss. legit Iunius, neque fecit Aldina.

17. Non accersi à me prohibeti.) Est à decurrato, præfertque Bosius vultate, non accersim sed prohibebit.

18. Quid agendum est? Quid agendum est, codex Tornæsi referente Lambino.

19. Æt autem eum.) Victorius legit, *sic autem eum offendere*, &c. atque locum hinc mendio non carere: sed cum miss. destitutus sit, se vulgariam lectionem magis contaminare noluisse.

20. Si qua parta erunt.) Ethic & infra cum Bosius cum Lambinus peregrata, legit testantur.

21. Sponserum appellat.) Bosius ait, ab omnibus codd. quos videt, abs se particulam negant, non, ante verbum *apparet*, quam tamen Victoria in postrema sua editione addidit, fretus nec ne autoritate veterum librorum, id non sat is sit Bosius: at ego sat scio Manutum hanc partem ē Bestiar. miss. late editioni adiecisse, etiamque misericordem compbare: reperiaturque in Pall. malum tamen alterius; mecanum sententia Musella Attica Claudio Dausquejus, cui videbatur hæc sponser dicti, qui spondere donatax nossis, præstare minus; ut premisser Horatio.

dius Sallustius, ut agesem quād diligentissimē cum Luceo de vestra vetere gratia reconcilianda, sed, cū omnia fecissem, non modo eam voluntatem ejus, qua fuerat erga te, recuperare non posui, verum ne causam quidem elicere immutata voluntatis, rametis jactat ille quidem illud suum arbitrium, 1 & ea, quæ jam sum, cū aderas, offendere ejus animum intelligebam, tamen habet quiddam profectū, quod magis in animo ejus infederit: quod neque 2 epistolaztuz, 3 neque nostra legatio tam potest facile delere, quād tu p̄sens non modo oratione, sed tuo vatu illo familiariter tolles, 4 si modo tanti putabis id; quod, si me audies, &c., si humanitati tuae constare voles, certe putabis, ac, ne illud mirere, cur, cū ego ante significarem tibi per litteras, me sperare illum in nostra potestate fore, 5 nunc idem videar diffidere; incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatio, & in hac iracundia 6 offirmatio: sed huc aut fanabuntur, cū venieris; aut ei molesta erunt, in utro culpa erit. Quod in epistola tua scripsum erat, me jam arbitrari designatum esse, scito, nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quād candidatos, omnibus iniquitatibus; nec, quando futura sim comitia, sciri, verum hic audies de Philadelpho. Tu, velim, qua Academiz nostra parasti, quam primum mittas, 7 mire quād illius loci non modo usus, sed etiam cogitatio delectat. Libros vero tuos cave cuiquam tradas nobis eos, quemadmodum scribis, conserva. sumimus ne eorum studium tenet, sicut eum jam ceterarum rerum: quas tu, incredibile est, quād brevi tempore quanto deteriores offensus sis, quam reliquisti.

## CICERO ATTICO, S.

**T**EVRIS illa lentiū fācē negotiū: neque Cornelius ad Terentiam postea rediit, opinor, ad Confidūm, Axium, Scilicet confugendum est. \*nam à Cæcilio propinquī minore centesimis nummū movere non possunt, sed, ut ad prima illa redeam, nihil ego illa impudentius, astutius, lentiū vidi, libertum minto; 9 Tito mandavi; exiūs, atque ἀναστολή, 10 fed nescio, an ταυτόμετρον, 11 nam mihi Pompejani predromi nuntiant, aperte Pompejū acturum, Antonio succidi oportere; eodemque tempore ager Prator ad populum, res ejusmodi est, ut ego nec per bonum, nec per popularē extimitionem ha- ne possum hominem defendere; nec mihi libeat, quod vel maximum est, etenim accidit hoc, quod totum cuius modi sit, 12 inandotib; ut perspicias. Libertum ego habeo, fācē nequam hominem, Hilarum dico, ratocinato- rem, & clientem tuum, de eo mihi Valerius Interpres nuntiat, Chilusque se audire scribit huc; eti hominem cum Antonio; Antonium porro in cogendis pecuniis di- citare, partem mihi quāti, & à me custodem communis

quæstus libertum esse missum, non sum mediocriter com- moros: neque tamen credidi: sed certè aliquid sermonis fuit, totum investiga, cognoce, perspice, & nebulosum illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. hujus ser- monis Valerius auctorem Cai. Plancium nominabat, man- do tibi planè, totum, ut videoas, cuiusmodi sit. Pompejū nobis amicissimum constat esse. Divortium Mucia vel- menter probat. P. Clodium, Appii filium, credo te au- disse, eum ueste multib; deprehensem domi P. Casari, 13 cū pro populo fieret, euinq; per manus 14 Sep. Rutiliū servatum, & eductum, rem esse insigni infamia: quod te molestie ferre certo scio. Quid præterea ad te scribam, non habeo. & 15 me hercule eram conturbatior, nam puer fe- stivus, anagnostes noster, Sositheus decesserat, meque plus, quād servi mors debere videbar, commoverat. Tu ve- lum sapere ad nos scribas, si rem nullam habebas, quod in buccam venierit, scribito. Kal. Januar. M. Messala, M. Pi- fone coſſ.

## CICERO ATTICO, S.

**A**CEPIT tuas treis jam epistolas, unam à M. Cornelio 16 quam Tribus Tabernis, ut opinor, ei dedisti; alte tam, quam mihi Canusius tuus hoip̄ reddidit; tertiam, quam, ut scribis, 17 anchora soluta de phasculo dedisti. quæ fuerunt omnes rhetorum, purè loquuntur, cū huma- nitatis sparsa sale, tum insignes amoris notis, quibus episto- lis sum equidem abs te lacestus ad scribendum; sed idcir- co sum tardior, quod non invenio fidem tabellarium, quo- tuis enim quisque est, qui epistolam paulo graviorem ferre posse, nisi eam 18 pellectione relevaret? accedit eò, quod mihi non est notum, ut quisque in Epistola proficatur. ego enim te arbitror, cæsis apud Amaltheam tuam victi- mis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum, neque tamen id ipsum certum habeo, quando ad Anto- niū proficisci, aut quid in Epiro temporis ponas. ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis pau' libe- riores literas emittere audio: sunt autem post discessum à me tuum res dignæ litteris nostris, sed non committende ejusmodi pericolo, ut aut interire aut aperiri, aut intercipi possint. Primum igitur scito, primum me non esse roga- tum sententiam, præpositumque esse nobis pacificatorem Allobrogum, idque admirurante Senatu, neque me in- vito esse factum. sum enim & ab obseruando homine per- verso liber, & ad dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem solitus: & ille secundus in dicendo lo- cus habet auctoritatem pñne principis, & voluntate non nimis devineta beneficio Consulis. Tertius est Caulus, quartus si etiam hoc quartus) Hortensius. Consul autem ipse parvo animo & pravo, tantum cavillator genere illo morofo, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis,

Ggg 2 quam

1. Et iā quād jam sum. 2. Et iā ea, habet vulg.

2. Epistole in 1 Ita ex miss. Pal. Junius. vulg. epistola tua.

3. Neq; nostra legato. 4. Laudat Bof eos qui reponunt, nostra allegatio;

quamquam est in veteribus libris legato.

4. Si mās tāxiāntu id quād.) Alter distinguunt vulgata, &amp; mādo- uariā patru; id quād.

5. Nesciū videtur. 6. Verinus legendum censer, nunc videtur videat dif- fider.

6. Affirmatio.) Ita reponit Bof. ex scđis, quād ante signaturat &amp; firmatur, vel ut in vett. codd. affirmatio.

7. Mire quād.) Sic ex miss. Pal. Junius. vulg. mirum quād.

8. Tenuis. 9. Hoc principium esse epistola Maratus, Bofius, Iu- nius, &amp; ali locutur, interleruan vero Victor. māta defens, &amp; episto- lam decursum exponit; Quād Tenuis haec sūs videatur spud Turner- bum ib. rx. Adversarium cap. 3. Muscarum lib. IIII. Variorum lect. cap. 18.

9. Nam à Cæcilio propinquā minore centesimā.) Diuīce sonore, quād concomitū ultris ductus. Sic lib. IV. ad Attic. Epist. 4. Fācē ex trienniis libro. Quād illius fatum erat hecīlus. Intell. git ejus. Vide Gronov. de Sestertiis pag. 91.

10. Tismandari; ἀναστολή argē dīxōsādū.) Ita Bofius ex veteri- bus suis, &amp; Maratus ex Beflōrionis &amp; Cavalcantis miss. Victorius legit Tismandari ἀναστολή argē ἀναστολής.

11. Nesciū ταυτόμετρον ήποτε.) Victorius ait antiquiora suum habuisse ταυτόμετρον, alia autem manu postea adjectum suffit ήποτε; ex quo fecerunt vulg. ήποτε, quod ab omnibus quondam excusis abest.

12. Nam mihi Pompejani.) Iunius reponit, iā.

13. Mandau tib; ne p̄sp.) Lambinus ait codicem Tornæ. habere, mandau tib; &amp;c.

14. Cam pro populi fere.) Pro populi habere codicem Tornæ. testan- tur Bofius &amp; Lambinus.

15. sep. Rude.) Ita restituit Bofius ex versu illi codd. vulg. fruile. Victorius ait Germanos ex antiquo cod. exp̄ndit in margine sui cod. pro servile scribere: dicit dem, se in suo antiquiore &amp; n. e. ore, fruile, scriptum inventisse ab legute servile. Lamb. haust ex miss. ser- pali, ut deppala sit anciliæ nomen. Iunius, Ser. Pola, vel etiam, scripta.

16. Mētēre eram conturbatior.) Vulg. eram scribend. cito barer.

17. Quād eritis Tabernis.) Vulg. quād tribus et Tabernis. in manu- scriptis ab illa part. a, dicit Iunius.

18. Accidit sc̄la de phasculo.) Vulg. auctoris sc̄la de phasculo.

19. Pellectione reperitur.) Ita Malasp. ex conjectura, Bofius ex scđis, Lamb. ex codd. Memmianis &amp; Tornæ legunt. Vulgo p̄sultum reperitur.

quām facili, ridiculus, & nihil agens cum Repub. se  
junctus ab optimatis: à quo nihil spēces boni Reip. quia  
non vult; nihil metuas mali, quia non audet. ejus autem  
collega & in me perhonoris, & partium studiosus, ac  
defensor bonarum. quinimmo leviter inter se dissident.  
Sed vereor, ne hoc, quod infectum est, & pat longius. credo  
enim te audisse, cum apud Cæsarem pro populo fieret, ve-  
nisse eō muliebri vestitu virum; idq; sacrificium cūm vir-  
gines instaurassent, mentionem à Q. Cornificio in Senatu  
factam: (is fuit princeps; ne tu forte aliquem nostrum  
putes) poitea rem ex s. c. ad virginēs, atque pontifices  
relatam, idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex s. c.  
Confules rogationem promulgatis; uxori Cælarem nunti-  
tum remisisti. In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus,  
operam dat, ut ea rogatis, quam ipse fert, & fert ex s. c. &  
de religione, antiquetur. Messalla vehementer adhuc agit  
severe. boni viri precibus Clodii removentur à causaope-  
ra comparantur, & nolmet ipsi qui Lynges à principio  
fuisse, quotidie demitigantur. instat & urget Cato.  
Quid multa? vereor, ne hæc NEGLECTA à bonis, defensa  
ab improbis, magnorum 3 Reipubl. malorum causa sit.  
Tuus autem ille amicus, (scilicet quem dicam?) de quo tu  
ad me scripisti, 4 postea quām non auderet reprehendere,  
laudare coepisti, nos, ut ostendit, admodum dili-  
git. amplectitur, amat, aperte laudat; occulte, sed ita ut  
perspicuum sit, invideat. nihil come, nihil simplex, & nihil  
eīs rōis πολεμικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil  
liberum. Sed hæc ad te scribam alias subtilius. nam neque  
adhuc mihi fatus nota sunt: & huic, terra filio, nescio cui,  
committere epistolam rantis de rebus non audeo. Provin-  
cias Praetores nondum fortiti sunt, res eodem est loci, quo  
reliquisti. 5 τανότερον, quam postulas, Miseni & Puteo-  
lorum, includam orationem meæ. A. D. 111. Non. Decemb.  
mendo fuisse animadverteram. Quæ laudas ex orationib;  
mihi crede, valde mihi placant: sed non audebam  
antea dicere. nunc vero, quod à te probata sunt, multo mil-  
ēτηνοτέρον, videtur. in illam orationem Metellinam ad-  
didi quadam. liber tibi mitteret, quoniam te amor nostri  
7 φιλοσόφος reddidit. Novi tibi quidnam scribam?  
8 quid? etiam. Messalla Consul Autronianam donum  
emit h. s. ccccxxxvii. quid id ad me, inquis? tantum,  
quod ea emptione & nos bene misere judicati lumen: & ho-  
mines intelligere cooperant, licere amicorum facultatibus  
in emendo ad dignitatem aliquam pervenire. Teucus illa  
lentum negotium est, sed tamē eli in ipso, tu ita confice.  
à nobis liberiorem epistolam exspecta. vi. Kalend. Febr.  
M. Messalla, & M. Pifone, coss.

2. Nihil agens cum rep.) Vulgo, nihil agens in rep.

2. Ad virginēs aīque Pontifices relatam.) Illud, virginēs atque olim de-  
levenat Lamb. cod. Memm. sequuntur, sed postea repoufuit, quam in  
Tornæ. reperisst. intercedit Iunius, & reponendum veritas nixus au-  
thoritate longè optimi ms. Palatini, & alteriorum.

3. Rup' mat' um causas.) Ita codex Tornæ, & vulgata Lambthi ei-  
cio, causa finis.

4. Posteaquam non auderet reprehendere.) Faecinus, p. q. n. auderet nos re-  
prehendere.

5. Nihil eīs πολεμικοῖς honestum.) Cod. Torn. sic habet. Nihil in  
p. & τ. illustre, nihil honestum, vulgaria lectio etiam existat in Dec. Bef.

6. Ταπεσίσιαν.) Descriptionem.

7. Φιλοσόφος.) Studiosum artis dicendi.

8. Quid? è etiam Mess.) Vulgo, ita distinguuntur, quid etiam Messal-  
la, &c.

9. Aīque id epistola.) Lamb. dreptum.

10. Frib. plb. Eufus.) Vulgo, L. Eufus, quod pronomen teste Ma-  
tutio aībet. Befiar. antiquo libro, & folium legitur Eufus.

11. Prædictus Pompeianus.) Tornæ produxit.

12. Quo consilio idem.) Quotum consilio, &c. habebat ms. Longolire-  
ferente Vrsino.

13. Μάλ' ἀρ.) Valde ut optimatēm decet.

14. Γριζως.) Generaliter.

15. De ipsius rebus.) Est à Decure. vulg. istius.

16. Quam ego variis meis eratimib.) Vulg. quem in scripturam ex-

variis meis, &c. in Bessarionis, Cavalcantis, Tornæ, Urbinatis bibliothecis uno, Palatinæ duobus ms. non comparent duo hæc vocabulata. Asperges.

17. Λεκύθιον.) Ampullas, pigmenta, quibus ornatior & grandior fit oratio.

18. Præximè Pompeianus.) Ita Bef. ex scid. Tornæ, & Crusell. neque  
aliter etiam ex loco Diomedis, corrupto tamen, se relinquit aī Lamb-  
tinus, vulgata præximè Pompei.

19. Ab illo aperte, testa Iunius ex ms. Palat. ab illo aperte teste. Gu-  
lielmius malebat, ab illo teste aperte quidquid est datur, &c.

20. Εὐπεπεποτεύλιον.) Venditavi me. Ita ex meliore suo li-  
bro emendavit Victorius, quem ante haberetur Καρπηροποτεύλιον,  
cui accedit Turnebus d. cap. 3. editio Lamb. Καρπηροπεποτεύλιον  
habet; quomodo legendum conjiciebat Manutius.

21. Περιόδοι ή κυριπά.) Ambitus verborum, aut flexus clausularum, aut argumenta Rhetorum, aut confirmationes. Olim leg-  
ebatur επιχειρήσεις, quod ex veteri libro emendavit Victorius in  
περιόδοι ή κυριπά, &c. quum autē post Vict. vocem illam κυριπά  
non intellexisset. Bosius, aīsus est illam in κυριπά mutare; quā  
mutationem esti acutam agnoscat Iunius, tamen ex consensu nūma  
vult vocem κυριπά, quam ibidem explicat: tu vide.

22. Υποθέσιον.) Materia, argumentum.

23. Βενιθικον.) Vulg. vilissimum.

L. T. 11. 11.

ess usque et istim exauditos putem. Romanz autem se res sic habent. Senatus *ἀρχεῖον πάνυ*, nihil constantius, nihil severius, nihil fortius. nam cum dies venisset rogationi ex s. c. ferenda, concubant barbatuli juvenes, totus ille grec Catilina duce *στόλον* Curionis; & populum, ut antiquaret, rogarunt. Piso autem Consul, lator rogationis, idem erat dissenser. opera Clodiane pontes occuparunt, tabellae ministrabantur, ita ut nulla daretur *νήσις*. ROGAS hic tibi Rofra Cato ad volat, & convicium Pisone Consuli mirificum facit; si id est *convicium*, vox plena gravitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis. accedit eodem etiam noster Hortenius, multi præterea boni insignis verò opera Favonii fuit. Hoc conciū optimatum comitia dimittuntur: Senatus vocatur, cum decernetur frequenti Senatu, contra pugnante Pisone, ad pedes omnium singulatim accedente Clodio, ut consules populum cohortarentur rogationem accipiendo; homines ad xv. Curioni nullum s. c. facient assenserunt; ex altera parte facile cccc. fuerunt, alia res est. 3 Fufius Tib. tum concessit. Clodius conciones militas habebat, in quibus Lucullum, Hortenium, C. Pisone, Messallam Consulem contumeliosè ludebat; metantum comperte omnia crimina-batur. Senatus & de provinciis Praetorum, & delegatio-nibus, & deceteris rebus decernebat, ut ante, quam roga-tio lata esset, ne quid ageretur. Habes res Romanas, sed tamen etiam illud, quod non speraram, audi. Messala consul est egregius, fortis, confans, diligens, nostri lau-dator, amator, imitator. ille alter *uno vito* minus vitiou-sus, quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod *ἀνηγκαστός*, sed voluntate ita *κρατήστης*, ut Pompejum post illum & concionem, qua ab eo ienatus laudatus est, odisse experit, itaque mirum in modum omnes à se bonos alienavit. neque id magis amicitia Clodii adduc-tus facit, quam studio *perditarum rerum*, atque partium. sed habet sui similem in magistris, præter Fufium, ne minem. bonus utimur tribunus pl. Cornuto *et pseudo catone*? Quid quaz? 7 nunc ad privata redeam. *Tib* *et* *as* promissa patravit, tu mandata effice, quaz recipisti. Quintus frater qui Argiletani *ad fidicis* rei quam docebatem emit n. s. d. c. xxv. Tusculanum venditat, ut si possit, emat Facilianum domum. Cum Luceo in gratiam redi. 8 vi-deo hominem valde peccatorem, navabo operam. Tu, quid agas, ubi sis, cuiusmodi ista res sint, fac me quam dignissime certior. Idibus Febr.

## CICERO ATTICO, S.

*A*SIA M Quinto, suavissimo fratri, obtigisse audisti: non enim dubito, quin celeriter tibi hoc rumor, quam illius nostrum littera nuntiarint. nunc quoniam & laudis avi-dissimi semper suimus, & præter ceteros 9. *Φιλέλληνες* & sumus, & habemur, & multorum odia, atque inimicinas reip. causa suscepimus; 10. *ποιητές ἀρετῆς μαρτύρος*, & curaque effice, ut ab omnibus & laudetur & amenetur.

His de rebus plura ad te in ea epistola scribam, quam ipsi Quinto dabo. Tume, velim, certiore facias, quid de meis mandatis egeris, atque etiam, quid de tuo negotio. nam ut Brundisio profectus es, nullum mihi abs te sunt redita litteræ. 11. valde haveo scire quid agas. Idib. Mat.

## CICERO ATTICO, S.

*Q*UAERIS ex me, quid acciderit de judicio, quod tam *προτερον* opinione omnium factum sit: & simul visse, quo modo ego minus quam soleam, præliatus sim: re-spondebo tibi 13. *ὕπερ τοῦτον*, Ο μαρτυρῶς. Ego enim, quam diu senatus *αὐθεντία* mihi defendenda fuit, sic acriter, & vehementer præliatus sum, ut clamor, con-cursusque maxima cum mea laude fierent. quod si tibi umquam sum visus in rep. fortis, certè me in illa causa admiratus es. cum enim ille ad conciones configisset; in iisque meo nomine ad invidiā uteretur, dī immortales quas ego pugnas, & quantas strages edidi? quos impetus in Pisone, in Curionem, in rotam illam manum feci; quo modo sum infectatus levitatem senum, libidinem juvenitatis? expe, ita me dī juveni, tenor solum auctorem consiliorum meorum, verum etiam spectatorem pugnarum mirificum desideravi. potest verò quam Hortenius ex-cogitavit, ut legem de religione Fufius tribunus pl. fertet; in qua nihil aliud à consulari rogatione differebat, nisi *μάρτυς γενες* (in eo autem erant omnia) pugnavitque, ut ita fieret; quod & sibi, & aliis persueferat, nullis illum ju-dicibus effugere posse; contraxi vela, perspiciens inopiam judicium; neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum, atque testatum, ut non possem præterire. itaque, si causam quaz absolutionis, (ut jam *προτερον* revertar) egestas judicum fuit, & turpitudo. id autem ut accideret, commissum est Hortenii consilio; qui dum verius est, ne Fufius ei legi intercederet, quaz ex s. c. cerebatur, non vidit illud, *SATIUS esse*, illum in infamia relinquac cordibus, quam infirmo judicio committi. sed ductus odio properavit rem deducere in judi-cium; cum illum plumbeo gladio jugulatum ita tamen di-ceret. Sed judicium, si quaz, quale fuerit? incredibilis exitu; sic, uti nunc ex eventu ab aliis, à me tamen ex ipso initio consilium Hortenii 14. reprehendatur, nam ut re-jecito facta est clamoribus maximis, cum accusator, tam quam censor bonus, homines nequissimos rejiceret: reus, quam clemens lanista, frugalissimum quemque secer-neret; ut priuum judices conferderunt; valde diffidere boni coepérunt, non enim umquam turpior in ludo talatio confessus fuit, maculosi senatores, nudi equites, 15 tribuni non tam *εταῖ*, quam, ut appellantur, *αραῖ*. paucā tamen boni inerant, quos rejectione fugare ille non po-tuerat; qui mœsti inter sui dissimiles, & mœrentes se-debant, & contagione turpitudinis vehementer per-movabantur. hic, ut quaz res ad consilium primis postulationibus refererabatur, incredibilis erat severitas

Ggg 3 nulla

1. *Illi*... ] Vulgo. Hinc.2. *Cœsium P. fui.* Cod. Torn. habet *cœsium*, quam unctionem probant esse: & genuissam assertit Jun.3. *τοῦ τριβοῦ του concepsit.* ) Sic Bos. ex Torn. Huraltino, & Crusell. quod probant Man. & Jun. vulgo, *τετράντα concepsit*; quod Bellar. & Calvæli. *τριβος* habere testator Man. & legitur in antiquiore V. Etiorum Octavius Panthagoras & Anton. August. emendaverunt, *Fufius* trib. *πλήρης intercessus*; quod emendatio non usque adeo Junio placet. Gul. annotata, forte legendum *Fufius* et. *τριβος* *concepit*.4. *Αἱ τριταὶ τετραὶ.* ) Robus agendis ineptissimum.5. *Καρκαστης.* ) Habitum viciorum depravatus, malivols.6. *Cœsium quæ.* ] Vulg. *Cœsium in qua*7. *Nunc ad privata redam.* *Τοῦ τριβοῦ.* ) Vulg. *nunc ad privata redam*, *τριβος* *et.*8. *Vide etiā hominem valde peccatorem. Novato.* ) Est Tornebi emendatiolibro IX. And. c. 8. quam sequuntur Bos. & Lamb. nec longè ab hac recessit Torn. vulgo. *Videtis hominem, valde peccatorem, reuertabitis.* &c.10. *Φιλέλληνες.* ) Græcorum amantes.11. *Πατρόνις.* ) Omnis virtutis reminiscere.12. *Caraque effice.* ) Vulg. *Caraque effice.*13. *Valde hanc scire.* ) Cod. Torn. *valde hanc scire.* Vulg. *κατα-*14. *Υἱοὶ τοῦτον*) Ordine præpostero, cum primo loco quid poluerit, secundo quod prius efficeretur, Xomerice.15. *Reprehendatur.* ) Vulg. *reprehendebatur.*16. *Tribuni non tam εταῖ, quam ut appellantur αραῖ.* Ita cod. Mem. Torn.Huralt. ita & antiquior codex Vict. prius erat, *τριβον* non tam *αραῖ* quam *εταῖ* ut appellantur *αραῖ*. Lamb. notat quosdam lege, *τριβον* non tam *εταῖ* ut appellantur *εταῖ*.

nulla varletate sententiarum: nihil: 1. impetrarat reus: plus accusatori dabatur, quam postulabat: triumphabat (quid quæris?) Horatius se vidisse tantum: nemo erat, qui illum reum, ac non milites, condemnatum arbitratur. me vero teste producto, credo te ex acclamatione. Clodii advotorum audire, que confurrexit judicem factam, ut me circumfererint, ut aperte jugula sua pro meo capite. Clodio ostentarent, qua mihi res multo honorificentior vila est, quam aut illa, cum jurare tuus cives Xe nocratem, testimoniū dicentem prohiberant, aut cum tabulas Metelli diuididi, cum haec, ut mos est, circumfererentur, nostri judices aspicere noluerunt: multo haec, inquam, nostra res major. Itaque judicium vocibus, cum ego sic ab iis, ut salus patris, defenderet, fratus teus, & una patroni omnes conciderunt, ad me autem eadem frequentia postridie convenit, qua cum aliis Consulatum domum redactus clamare plearci Ariopagita, & non esse venturos, nisi prefido constituto, refutari ad consilium: una sola sententia praefidum non desideravit, defertur res ad Senatum: gravissime, ornatisimeque decernuntur: laudantur judices: datur negotium magistris: responsum hominem nemo arbitrabatur. 2. *Ecclesie cuius usum.* O'κτων. Δια περιστερον. nosti. Calvum, ex Nannejanis illum, illum laudatore meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripsoram, biduo per unum servum, & eum ex gladiatorio ludo, conficit totum negotium: accessivit ad te, promisit intercessum dedit jam vero (dii boni, tempore perditam) etiam noctes certarum mulierum, arque adolescentularum nobilium introductiones non nullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt. ita, summo discessu bonorum, pleno foro servorum, 3. xxv. judices ita fortes tamen fuerunt, ut, summo proposito periculo, vel perire maluerint, quam perdere omnia. xxxi. fuerunt, quos fama magis, quam fama commoverit. quamsum Catalus cum vidisset quandam. Quid vos, inquit; 4. praefidum a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis? Habes, ut brevissime potiugeamus judicii, & causam abolitionis. Quæris, deinceps, 5. qui nunc sit status rerum, & qui meus. Reipub. statum illum, quem tu meo consilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium, coniunctione, & auctoritate Consulatus mei fixus, & fundatus videbatur, nisi quis nos deus respicerit, elapsum scito esse de manibus, uno hoc judicio: si judicium est, triginta homines populi Romani levissimos, ac nequissimos, nummulis acceptis, juis, ac fas omne delere, & quod omnes non modò homines, verum etiam pecudes factum esse sciām; id, Tainam, & Plautum, & Spongiam, & cereras hujusmodi quisquiliis statuere, numquam esse factum, sed tamen, ut te de Repub. consoler, non ita, ut spererent mali, tanto imposito Reipub. vulnere, alacris exultat improbitas in victoria.

nam planè ita putaverunt, cum religio, cum pudicitia, cum judiciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore, ut aperte victrix nequitia, ac libido penas ab optimo quoque petret sui doloris, quem improbissimo cuique inusserat severitas Consulatus mei. Idem ego ille, (non enim mihi video insolenter gloriari, cum de me apud te loquer, in ea præsterrim epistola, quam nolo aliis legi,) idem, inquam, ego recreavi afflictos animos bonorum, unumquemque & confirmans, excitans, infestans vero, exiguandisque nummaris judicibus, omnem omnibus studiolis, ac fautoribus illius victoriz ~~magistrorum~~ eripuit. Pisoem Consulē nulla in re consistere unquam fūpalius: ~~desponsam~~ homini jam Syriam ademī: Senatum ad pristinam suam severitatem revocavi, atque abjectum excitavi: Clodium præsentem fugi in senatu, cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione ejusmodi, ex qualicet pauca degustes, nam cetera & non possunt habere neque vim, neque venustatem, 9. remoto illo studio contentione, quem ~~exponit~~ vos appellatis. Nam, ut idib. Maji in Senatum convenimus, rogatus ego sententiam, multa dixi 10. de summa Republica, atque ille locus induxit a me est divinitus: NE, VNA PLAGA accepta, patres conscripti conciderent, ne deficerent: vulnus esse ejusmodi, quod mihi nec dissimulandum, ne pertimescendum videretur: 11. ne aut metuendo ignoravissimi, aut ignorando, stultissimi judicaremur: bis absolumente Lentulum, bis Catilinam: hunc tentium jam esse a judicibus in Remp. innissimum. Erras Clodi, non te judices, urbi sed carcere relevarunt; 12. neque te retinere in civitate, sed exilio privare voluerunt. Quamobrem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem, manet illa in Rep. bonorum consensio: dolor accessit bonis, viris, virtus non est immunita: nihil est damni factum novi: sed, quod erat, inventum est in unius hominis perdiū judicio, plures similes repertisunt. Sed quid agō? pane orationem in epistola inclusi. Redeo ad altercationem. Surgit pulchellus puer: obsecrit mihi, 13. me ad Bajas fuisse, falso: sed tamen 14. quid hoc? simile est, inquam, quasi dicas in opero fuisse, quid, inquit, homini Arpinati, cum aquis calidi? narrat, inquam, patrono tuo, qui Arpinatus aquas concupivit: 15. nosti enim Marinias. Quousque, inquit, hunc regem feremus? regem appellas, inquam, cum Rex mihi mentionem nullam fecerit? ille autem Regis hereditatem se devorarat. Domum, inquit, emisti: 16. patres, inquam, dicere, judice emisti: juranti, inquit, tibi non crediderunt, mihi vero, inquam xxv. judices crediderunt: 17. quoniam numeros ante accepérunt, tibi nihil crediderunt, magnis clamoribus afflatus conticuit, & concidit. Noster autem status est hic, apud bonos idem sumus, quos reliquisti; apud sororem urbis, & faciem, 17. multò melius nunc, quam reliquisti, nam & illud nobis,

NON

1. Impetrarat. ) Vulg. impetrabat.

2. E' *αυτετεντην.* Prae non mihi Musæ, quomodo ignis primam illapsus est. Ita restituit Victor. tum vestigia vera lectionis, quam Germani in suo codice invenierunt, tum etiam probatoresnum sequentes; quam antea legeretur.E' *αυτετεντην μηδεμηποια σλαμητης ξηρτες.*  
Teba autem illa absens:

O'κτων. Δια περιστερον, &amp;c.

3. Sic his restituit Bosi, ex Decurio: quum antea esset xx. ut &amp; Sphaer. etiam his XXXI; pro XX.

4. *Praefidum a nobis.* Et Bosi ex scidis & Tornæf. non tamem improbat vulg. editionem, quæ habet praefidum rbi.

5. Qui nunc sit flausse virtus, &amp;c.) Vulg. quis nunc sit flausse Rep. &amp; qui.

6. Falsum esse sciām.) Vulg. sciabant.

7. Conformat, existimat.) Confirmare &amp; existiāt est in vulgato.

8. Non peccat habere neque.) Vulg. non peccat habere tandem, neque, &amp;c;

9. Remoto ille fidis contentionis.) Galilimius conjiciebat fidis, quod: ipsum ferè requirit sequens vox ~~αρχηντες~~.

10. De summa Rep.) Vulg. de summare, quod melius habebatur Giulielmo.

11. Ne aut merenda.) Hoc membrum, quod teste Victorio debeat, se reprobusse gloriarunt Lamb. ex cod. Memm. Ciceron in editione Lamb. ordine inverso hac ita leguntur, n. a. ig. fi. aut m. ignoravissimi.

12. Neque te retinere;) Te, absens à vulg.

13. Me ad Bajas fuisse, Falsum.) Falsum, legendum esse conjicit Lambinus: falsum Manutius.

14. Quid hoc? simile.) Bosi ex miss. ut &amp; Lambinus. formis peius impressi habent, quid hinc simile, &amp;c.

15. Nostri enim Marinias.) Marinus legit. Aut. Augustinus &amp; ita esse in manuscripto codice tellatur Vrinius.

16. Patris.) Vulg. Patras.

17. Multo melius nunc, quam.) A vulg. absens nunc.

NON

non obest, videri nostrum testimonium non valuisse. missus est sanguis, invidia sine dolore, atque etiam hoc magis, quod omnes illi sautores illius flagitii rem manifestam illam redemptriam esse à judicibus consententur. Accedit illud, quod illa concionalis *hirudo* xixii, misera, ac jejuna plebecula, me ab hoc Magno unicè diligere putat: & hercule multa & jucunda consuetudine conjuncti internos sumus, utque ed, ut nosfrī isti: i commissarii coniurationis, barbatuli juvenes, illum in sermonibus Cnazu Ciceronem appellant. itaque & ludis, & gladiatōris mirandas & *monugiles* sine ulla *pastorica* fidū auferemus. 4 nunc ei excofactio comitiorum: in qua omnibus invitatis trudit noster Magnus Auli filium: atque in eo neque auctoritate, neque gratia pugnat, sed quibus Philippus OMNIA CASTELLA expugnari posse dicebat, in qua modo siellus onustus auto posset ascendere. Conil autem ille, 5 Dotoriensis hislitionis similis, fuscus episse negotium dicitur, & domi divisores habere: quod ego non credo, sed S.C. duo jam facta sunt, odiosa, quod in Consulē facta putantur, Catone & Domitio postulantur; unum, ut apud magistratus inquiri liceret, alterum, & cuius domi divisores habitarent, aduersus Remp. Lureo autem Tribubus pleb. qui magistratum simul cum lege Alia iniit, solutus est & Alia, & Fusia, ut legem de ambitu ferret, quam ille bono auspicio claudus homo promulgavit. ita comitia 7 in ante diem VI. KAL. Sext. dilata sunt, novi est in lege hoc, ut, qui nummos in tribu prouuntiarit, si non dederit, impune sit, si dederit, ut quoad vivas, & singulis tribubus H-S CIO CIO CIO debet. dixi, hanc legem P. Clodius iam ante servasse: pronuntiare enim solitum esse, & non dare. Sed heus tu, videsne Consulatum illum nostrum, quem Curio antea *Doxeon* vocabat, si hic factus erit, 9 fabam imum tuturum? quare, ut opinor, *Φιλοσόφης*, id quod tu facis, & istos Consulatus 10 non flocci *τάξεων*. Quod ad me scribis, te in Asiam statuisse non ire, equidem mallem, ut ies: ac vereor, ne quid in ista re minus commode fiat. Sed tamen non possum reprehendere consilium tuum, præterim cum egomet in provinciam non sim profectus. Epigrammati tuis, quia in Amaltheo posuisti, contenti erimus, præterim cum & Chilios nos reliquerit, & Archias nihil de me scriperit: ac vereor ne, 12 Lucullis, quoniam Gracum poëma condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam

spectet. Antonio tuo nomine gratias egī; eamque epistola Manlio dedi. Ad te ideo antea ratiū scripsi, quod non habebam idoneum, cui darem; 13 nec satis sciebam, quid darem. 14 Vile te venditari. Cincius si quid ad me tui negotiū derulerit, suscipiam, sed nunc magis in suo est occupatus; in quo ego ei non defum. Tu, si uno in loco es futurus, eretas a nobis litteras, expecta; ast plures eum ipse mittito. Velim, ad me scribas, cujusmodi sit *A μελέται* tuum, quo ornatu, qua *τερπτία*; & qua poemata, quasque historias de *A μελέται* habes, ad me mittas, lubet mihi facere in Arpinati. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam, nihil erat absoluē.

## CICERO ATTICO, S.

MAGNA mihi varietas voluntatis, & dissimilitudo op̄. 15. *Μόνιμος*, ac judicis Quinti fratti mei, demonstrata est ex literis tuis, in quibus ad me epistolam illius exemplia misisti, qua ex re & molestia sum tanta affectus, quantum nābi meus amor summus erga utrumque vestrum affere debuit; & admiratione, quidnam accidisset, quod afferret Quinto fratti meo, aut offenditionem tam gravem, aut commutatam tantam voluntatis, atque illud à me iam ante intelligebatur, quod te quoque ipsum discedentem à nobis suspicari videbam, subesse nescio quid opinionis incommode, sauciumque ejus animus; & in se disce quasdam odiosas suspicione: quibus ego mederi cū cuperem, ante lepe & vehementius etiam post sortitionem provincie, nec tantum intelligebam ei esse offenditionis, quantum litera tua declarant, nec tantum proficiebam, quantum volebam, sed tamen hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin te ille aut Dyrrachii, aut in istis locis uspiam visurus esset, quod cū accidisset; confidebam ac mihi persuaderam fore, ut omnis placarentur inter vos non modo sermone, ac disputatione, sed 16 *conspiciliū* ipsò congressu veliro, nam, quanta sit in Quinto fratre meo comitas, quanta jucunditas, quā mollis animus & ad accipendiam & ad deponendam offenditionem, nihil attinet me ad te, qui ea noſti, scribere, sed accidit per incommode, quod eum nusquam vidisti, valuit enim plus, quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum, quā aut officium, aut necessitudo, aut amor vester ille pristinus, quā plurimum valere debuit. Atque hujus incommodi culpa ubi resideat, facilius possum existimare, quām scribere,

Gg 4

vereor

1. *Commissarii.*] Ita Victorius ex mī quod reprehendit Lambinus, & legit *commissarii* unico mī *vulgō* *commissarii*. Vnum mī Palat. *commissarii* habet; quod non ineptum vide urlatio; prioribus tamen lectionibus non preferit.

2. *Et Iude & gladiatōribus.*] Ita se ex mī. reproufisse ait Victorius, quoniam prius legeretur, *Iude* & *ludentes gladiatōribus*.

3. *Επιονυγῶσε.*] Signa, quibus animus & voluntas populi declaratur; plauso.

4. *Nunc ēt expiataria comitiorum:* in qua omnibus invitatis trudit noster Magnus Auli filium.] Vulg. in qua omnibus invitatis trudit noster magnus Auli F. Ceterum pro A. F. & hic & in iuxta epistola hujus libri legit Lepidus A. F. id est Afranius. videatur libro III. variarum lectionem cap. ultime.

5. *Dicitur hisloreni.*] Et Boſi ita conjecturis ex viciōsa mī, suorum scriptura, at Junius, eti acutissimam conjecturam laudet vulgam, dextram, tamen rotundam confer, rectinebat isem Gulielmio, tanquam repente respiceret Tullius ad Prologum, Plantini Amphytrionis, verū 67. & sequentibus.

6. *Coxi dīmī dīvīsōrī bābīlōnī.*] Vulgō, evīsmodī dīvīsōrī bābīlōnī. Bellarioni & Cavalcanti libri, bābīlōnī; quibus vulgatam lectionem preferit Junius.

7. *In ante diem VI. Kal.*] In ante II. Kal. vulgata.

8. *Singula tribubus H-S CIO CIO CIO.*] Ita credo Victorius, quoniam esse effit H-S CCCXXXV. Germani tribubus pro tribubus legunt.

9. *Fabam imum fāsurum.*] Ita Boſi ex viciōsa scriptura Decuratio, in quo, fabam minima, & aliis veteribus, in quibus, fabam minima, in illo

retrahenda littera à capite sequentis ad calcem prioris; in hoc vero destrahenda est littera capitalis. Victorius quid hic statuere debet, nescit, atque manuscriptos meliores habere *fāba minima*. Junius ex duobus mī, Palatini legit, *fāba minima*, &c. quem vide. Lambinus manuū ex codi. Memm. & Tornet, *fābal minima*. Manutius, *fābulā minima*, reponit; P. Magnalus & Murens, *fābalā minima* coniunctione.

10. *Non facet εἰτεῖον.*] Sic Turnebus ex conjectura ad quam proxime accedere ait scriptorum fiduciam Boſi. Victorias, Manutias, Lambinus ex mī, & ratione, acuti factio reūendum esse contendunt. Junius sit mī, optimum Palat. habere *fābi* *Φατεῖον* quod laudat, idque Turnebi. 1. 9. Advers. cap. 1. agnoscere videatur. vulgo legitur *Ιλαφεῖον*.

11. *Εἰτεῖον.*] Relinquere oportet.

12. *Lucullus.*] Est Boſi ex Decurto vulg. *Lucullus*, quod laudat Junius.

13. *Nec fābi fācham quid datur.*] Vrl. mī. quis datur.

14. *Vile te venditari.*] Ita regonit Boſi partim ex conjectura, partim sequitur mī lectionem, quam Tornet & Huralt, habebant, *vile te venditari*. Decurto *vile te venditari*. Cruffell, *vile te venditari*. Junius ex mī. Palat. *vile te vindicari*, & addit eodem mī. paulo post inde, *itterna vāle*. vulgo, *te valde vindicari*.

15. *Tēpōfētēs.*] Loci descriptione.

16. *Cōspiciliū ipsi.*] Vulg. *ad pīam*.

vereor enim, ne, diuin defendam meos, non parcam tuis. nam sic intelligo; ut nihil à domesticis vulneris fastum sit, illud quidem, quod erat, eos certe sanare potuisse. sed huius rei totius vitium, quod aliquanto etiam latius patet, quām videtur, præsenti tibi commodius exponam. De his literis, quas ad Thessalonica misit, & de sermonibus, quos ab illo Romæ apud amicos tuos, & in itinere habitos parus; ecquid tantum causa sit, ignoro: sed omnis in tua polita est humanitate mihi spes hujus levanda modestia. nam, si ita statueris, & IRITABILIS animos esse & optimorum sapientum hominum, & eisdem placabiles; & esse hanc agilitatem, ut ita dicam, a molitiamque natura plerumque bonitatis, & id quod caput est, nobis inter nos nostre five incommoda, five vita, five injurias esse tolerandas; facile haec, quemadmodum spero, mitigabuntur. quod ego, ut facias, & te orio. nam ad me, qui te unice diligo, maximè pertinet, neminem esse meorum, qui aut te non amet, aut abs te non ametur. Illa pars epistola tua minime fuit necessaria, in qua exponis, quas facultates aut provincialium, aut urbanorum concomodorum, & alii temporibus, & me ipso Consule, prætermiseris. mihi enim perspecta est & ingenuitas, & magnitudo animi tui: neque ego inter me, atque te quicquam interessum quicquam duxi, præter voluntatem instituta vita: quod me ambitio quædam ad honorem studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. vera quidem laude probitatis, diligentie, religionis, neque met tibi, neque queamquam antepono. amoris vero erga me, circa fratrem amore, domestico dilectissimi, tibi primas deferro. vidi enim, vidi, penitusque perspexi in meis variis temporibus & sollicitudinibus, & latitatis tuas. fuit mihi sapientia & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. quia mihi nunc, te absente, non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suavissima tecum solet esse, maximè deest. quid dicam? & in publicane re? quo in genere mihi negligenter esse non licet; an in foreni labore? quem antea propter ambitionem sustinebam; nunc, ut dignitatem tueri gratia possum; an in ipsis domesticis negotiis? in quibus ego cum antea, tum vero post discessum fratris, te sermoneque nostris desidero, postremo non labor meus, non requies; non negotium, non otium; non forenses res, non domesticæ, non publicæ, non privatae: carere diutius tuo suavissimo, atque amantissimo consilio, ac sermone possunt. Atque harum rerum commemorationem verecundia sapientia utriusque nostrorum, nunc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistola tuæ, per quam te, ac motes tuos mihi purgatos, ac probatos esse voluisti. Atque in ista incommode alieni illius animi, & offensi, illud inest tamem commodi, quod & mihi, & ceteris amicis tuis mota fuit, & abs te aliquando testifica tua voluntas omittebatur provinciæ; ut quod uia non est, non dissensione, ac discordia vestro, sed voluntate, ac judicio tuo factum esse videatur. quare & illa, quæ violata, expiabantur; & haec nostra, quæ sunt sanctissimæ conservata, suam religionem obtinebunt. Nos hic in rep. infirma, misera, commutabilique versamur. credo enim te audisse, nostros

Equites pene à Senatu esse dijunctos; qui primum illud valde graviter tulerunt, promulgatum ex SC. fuisse, ut de his, & qui ob judicandum pecuniam acceptis, queruntur. qua in re decernenda cum ego casu non essissem, sensissimumque id Equestrem ordinem feste moleste, neque aperte dicere; oburgavi Senatum, ut mihi visus summa cum auctoritate, & in causa non verecunda, admodum gravis, & copiosus fui. Ecce alia delicia Equitum, vix ferenda, quas ego non solum tuli, sed etiam ornavi. Asiani, qui de censoribus & conducterant, quelli sunt in senatu, sc̄ cupiditer delapsi, nimium magno conductis; ut inducerent locatio, postulaverunt ego principes in adjutoribus, atque adeo secundus, nam, ut illi audenter hoc postulare, Crassus eos impunit, invidiolas ter, turpis postulatio, & confessio temeritatis. summum erat periculum, ne si nihil impetrasset, planè alienarentur à Senatu. huic quoque rei subventum est maximè à nobis, perfectumque, ut frequentissimo Senatu, & libenissimo uteretur, multaque à me de ordinum dignitate, & cordia dicta sunt KAL. Decemb. & postridie. neque adhuc res confecta est, sed voluntas Senatus perfecta. unus enim contradixerat Metellus Consul designatus. 8. quin erat dicturus (ad quem propter diei brevitatem perventum non est) heros ille noster Cato. sic ego conservans rationem, institutionemque nostram, tuego, ut possum, illam à me conglutinatum concordiam, sed tamen, quoniam ista sunt infirma, munierit quædam nobis ad retinendas opes nostras iusta, ut spero, via, quam tibi literis sati explicare non possum; significations parva ostendam tamen, utor Pompeji familiarissimè video, quid dicas, cævebo, quæ sunt cavenda: ac scribam alias ad te de meis consiliis capessendæ Reip. plura. Lucejum sc̄to Consulatum habere in animo statim petere, duo enim soli dicuntur petiti. Caesar cum eo coire per Arrium cogitat: & Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem postie conjungi. Rides? non sunt haec ridicula, mihi crede. Quid aliud scribam ad te? quid & multa sunt: sed in aliud tempus. 9. Te si exspectari velis, cures, ut sciām jam illud modeſtro, quod maximè cupio, ut quampliūnam venias. Nonis Decemb.

## CICERO ATTICO. 3.

Nihil mihi nunc scito tam deesse, quām hominem: 10. quocum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, una communem: qui me amet, qui sapiat, quicum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimilem, nihil obtegam. abesse enim frater <sup>11. A φελιξεσ</sup> & <sup>12. & amantissimus</sup> Metellus non homo, sed latus, atque aer, & solitudo mera; tu autem, qui sapientissime euram, & angorem animi mei sermonem, & consilio levasti tuo; qui mihi & in publica re feci, & in privatis omnibus conscient, & omnium meorum sermonum, & consiliorum particeps esse foles, ubinam es? <sup>13. si</sup> ta sum ab omnibus destitutus. ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & melliro Cicione consumitur. nam illæ ambitione nostræ fuscoseque amicatu sunt in quodam splendore forensi; fructum domesticum non habent. itaq; <sup>14. SVM BENE COMPLETA DOMUS</sup> est,

<sup>1.</sup> Optimorum hincum. Viderum pro hincum quodam reponere auctor est Lambinus.

<sup>2.</sup> Melliisque. Vulgo Mellisimumque.

<sup>3.</sup> Tornæ. Vulgo Tornæ.

<sup>4.</sup> Ingenitæ. Ita est in Tornæ, teste Lambino. vulgo integræ.

<sup>5.</sup> Iapublicanæ. Hoc modo Bosius ex Decurt. & Tornæ, vulga-  
ta, in publica re.

<sup>6.</sup> Qui ob judicandam pecuniam acceptissima. Tò pecuniam Malas, ab omnibus missis & Lambini à Memin. Huralt. & Tornæ. abesse testis non quid ni ergo deleatur?

<sup>7.</sup> Conduxerant. Vulg. conduximus.

<sup>8.</sup> Quia uas dilutior. Bosius ex Decurt. & Crusell. nam vulg qui

erat dilutior.

<sup>9.</sup> Te si expeditari velis.) Te quoad expeditari velis, publicati alii.

<sup>10.</sup> Quocum.) Et hinc, & infra in vulg. legitur quicun.

<sup>11.</sup> A φελιξεσ.) Simplicissimus.

<sup>12.</sup> Et amantissimus Metellus.) Ita etiam distinguunt Manut. vulgo & amantissimus Metellus, &c. sed neque haec, neque illam distinctionem admittit Iunius: Lambini canem interpretat. oneo probat. ipse vero ex deputatione mischane lectionem ei cere conatur. <sup>13. si</sup> amantissimus mei, bello non homo; Malapinta qui ita emendabat, amantissimus mei, non homo, sed litus ariete aer, aſſentur Lambinus.

<sup>14.</sup> Ita sum ab omnibus destitutus.) Ab omnibus abest à vulg.

et tempore matutino, i. cum ad forum stitipi gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut jocari libere, aut suspirare familiaritatem possimus. quarete expectamus, te desideramus, te jam etiam arcessimus. 2 multa enim sunt, quae me sollicitant, angustiae, quae mihi videor, aures nactus tuus, unius ambulationis sermone exhauste posse. Ac domesticarum quidem sollicititudinum aculeos omnes, & scrupulos occubito: 3 neque ego huic epistole, atque in gnoto tabellariorum committam, atque hi (nolo enim te pernoveri) non sunt pernocti, sed tamen insident, & urgent, & nullius amantis consilio, aut sermone requiescent. In republica vero, quamquam animus est praesens, tamen voluntas etiam atque etiam ipsa meditata effugit, nam, ut ea brevit, quae post tuum discessum acta sunt, colligam, jam exclamare necesse est, *rei Romanae diuinare non posse*, etenim post profectioem tuam prius, ut opinor, introitus fuit in causam fabula Clodiana: in qua ego nactus, ut mihi videbar, locum refuscandi libidinis, & coercendae juventutis, velutque suis, & omnes profundi vires animi, atque ingenii mei, non odio adductus alienus; sed ipse reipublica corrigitur, & sananda civitatis, afflita res publica est emptio, & stupratoque judicio. vide, quae sint postea consecuta. Confusus est impositus is nobis; quem nemo præter nos philosophos alpicere sine suspiratu posset, quantum hoc vulnus factum SC. deambitu, de judiciis, nulla lex perlata, exagitatus senatus, alie nati equites romani. sic ille annus duo firmamenta reip. per me unum constituta, evertit: nam & *Senatus auctoritatem abiecit*, & *ordinum concordiam disjunxit*. Instat hic nunc ille annus egreditur, ejus initium ejusmodi fuit, ut 8 anniversaria sacra Juventutis non committerentur. nam M. Luculli uxorem Memmios suis sacris initavit. Menellus, agre id passus, divortium fecit. quamquam ille pastor Idæus Menelaum solum 10 contempserat, hic no ster Parisianum Menelaum, quam Agamemnonem liberum nos putavimus. Est autem C. Hetennius quidam tribanus plebis quem tu foitasse ne nolli quidem: tametsi potes nosse: tribulis enim tuus est; & Sextus, pater ejus numeros vobis dividere solebat. is ad plebem P. Clodium traducit; idemque fuit, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat. hunc ego accepi in se natu; ut soleo: sed nihil est illo homine tentus. Metellus est Consul egregius, & nos amat; sed immixtus auctoritatem suam, in quod habet dicis causa promulgatum illud idem de Clodio. 12 Auli autem filius, o di immor

tales: quam ignavus, ac sine animo miles? quam dignus, qui Palicano, ne facit, os ad malè audiendum quotidie praebat? Agraria autem promulgata est à Flavio, 13 modisq. àræ & oræ quisquam inventi potest qui poterat, familiaris noster (sic est enim, volo te hoc scire) Pompejus togulam pistam silentio tuetur suam. Crassus verbum nullum contra gratiam; ceteros jam nolli: qui ita sunt nulli, ut a missa rep. pisanas suas fore salvas sperare videantur. unus est, qui curet, constantia magis, & integritate, quam, ut mihi videtur, consilio, aut ingenio. Cato; qui miseros publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium jam mensem vexat, neque iis à senatu responsum dati patitur, ita nos cogimus reliquias de rebus nihil decernere ante, quam Publicanis responsum sit, quare etiam legationes fejectum iti puto. Nunc vides, quibus fluctibus jactemur: & si ex iis, qua scripsimus, 14 tanta etiam à me non scripta perspicis; revile nos aliquando, & quamquam sunt hæc fugienda, quo te voco, tamen fac, ut amore nostro tanu æstimes, 15 ut eo vel cum his molestiis perfrui velis. nam, ne absens censeare, curabo edendum & proponendum locis omnibus, sub iustrum autem censori, germani negotiatoris est. quare cura, ut te quamprimum videamus. 16 Kal. Febr. Q. Metello, & L. Afranio coss.

## CICERO ATTICO. S.

NON modò, si mihi tantum esset otii, quantum est tibi, verum etiam, si tam brevis epistolas velim mittere, (quod tu soles facere) te superarem, & in scripto multo esse crebrior, quam tu: sed ad summas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullum à me epistolam ad te fini absque argumento, ac sententia 18 pervenire. Et primum tibi, utrumquum est, civi amanti patriam, quæ sunt in rep. exponam: deinde, quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribimus etiam de nobis ea, quæ scitete non nolle arbitramur. Atque in repub. nunc quidem maximè Gallici belli versatur metus. nam Edui, fratrii nostri, pugnant: Sequani 19 permaledi pugnarunt: & Helvetii sine dubio sunt in armis, excusionesque in provinciam faciunt. Senatus decrevit, ut consules duas Gallias sortirentur, de eius habetur, vacatione, ne valerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliz civitates, darentque operam, ne ex cum Helvetiis se jungent, legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, &c. 20 T. T. T. Phœnix μῆτος, Lentulus 21 Clodiani filius. Atq; hoc loco illud nō quo præterire, quod, cum de cōsu-

Ggg 5 lati-

1. Cum ad seruum filij. Cod. Botoniæ. cum ad seruum filij. & pro f. errore libri commun.

2. Multa enim sunt, quæ me sollicitant, angustiae, quae mihi videor. Ita codex Tornæ. Vitorius edidit; multa enim quæ me sollicitant angustiae, nisi vide.

3. Neque ergo huic epistola. Vefino legendum videatur, neque est.

4. Lysimachianum effugis. Ita conjectur. Bos. ex lectione Torn. Crucell. & Decurio, ut sic se habet, ipsa mediterraneum efficit. Botianus respondere ferme in illa Palatinos aut iunii nisi quod in omnibus uno confundit, meditina legitur quod probat.

5. Sed sp̄c̄p̄ corr̄genda. 1 Ita Bos. ex Decurio, qui habet, sp̄c̄r̄genda. Lamb. lepit sed sp̄c̄ & animo corr̄genda & servanda civitatis & ex. Memm. codd. & Torn. qui, utatis habent, sed sp̄c̄ non corr̄genda sed servanda; sed id fallim esse alteris Bos. quod dicit Lambinus de Tornæ, neque ita legi; sed sp̄c̄ corr̄genda, in exaratum esse contendit, Vitorius edidit; sed animo corr̄genda & servanda civitatis.

6. Suprasque. Vulg. confusoprasque

7. Sin se p̄f̄r̄at p̄f̄f̄. Sic Bos. ex Decurio Torn. si sp̄c̄r̄, unde forte sp̄c̄r̄, verbum Apulejo familiariter vulg. sp̄c̄r̄. Pro p̄f̄f̄, sp̄c̄r̄ legit Facto probante Vefino.

8. Anniversaria sacra juventutis. Si habent meliores codd. testo Vitorio, naliis erat sacra virtus. Lambinus legi jauventutis, quam emendationem confirmat argenteus nummus Vefino.

9. Denique fuit facili iniuriantur. Pridem ita ex miss. & ex lectione;

marginali Germanorum restituit Vitorius, quum prius legeretur, vitia.

10. Contemporat. Vulg. contemporat.

11. Quod habet dieis causa prouulgatum illud. Multos viros doctos ex Torn. & alius miss. emendasse ita hunc locum restantur Bos. & Jun. Antea legebatur, quæ habet ut dictum causa prouulgatum illud idem, &c. Man. patabat aliquando sic posse corrigi; ab re diei causa prouulgatum, vel, ares, ut diei causa prouulgatum.

12. Anti antem fluisse. Sic in miss. legit Vitorius, priores editiones habent, anti fluisse. Liphius, ut supra monimus, legit, Afranius non.

13. Πολιτεύδες. Reip. dediit vi ne insomnio quidem.

14. Tanta etiam à me. Tamen etiam, &c. vulgati.

15. Ex p̄f̄f̄. Auctoribus libris antiquis ita scribit Bos. prius habebatur ex p̄f̄f̄re.

16. Kal. Febr. Vulg. xl. Kal.

17. Scripto. Scribendo quosdam reponere testis Manutius.

18. Pervenire. Vulgo venire.

19. Permalè. Botianum est, ex scidis, quo accedit eodem teste codex Torn. qui habet puer male, sed Lambinus Torn. habere puer malam. vulgo sequuntur male pagi.

20. T. T. T. In lenteum unguentum.

21. Clodiani filius. Perspicue ita scripsi erat in scidis Bos. sed & olim ita emendarunt C. Sigonius & Man. neque alter ex Gellii libris emendatum gutabat Torn. & XXII. Ad. c. 8. vulgo Clodius filius.

1. Omnia

Aribus mea prima fors exisset, una vocē senatus frequens retinendum me in urbe censuit. hocidem p̄ Pompejo accidit: ut nos duo, quasi pignora recipi publ. resūmeremur, quid enim ego aliozum in me i *τιμωνίους* exp̄strem, cum hac domi nascantur? Urbana autem res sic habent. Agraria lex a Flavio tribuno plebis vehementer agitabatur auctore Pompejo: quā nihil popula-  
re habebat, prater auctorem. ex hac ego lege, secunda concionis, elutante, et omnia tollebam quā ad privatōrum incommodū pertinebant: liberalbam agrum eum, qui P. Mucio, L. Calpurnio coss. publicus suifist: Sullanorum hominum possessiones confirmabam: Volaterranos, & 3 Arretinos, quorū agrum Sula publicarāt, ne que dirilat, in sua posseſſione retinebam: unam rationem non reiectibam, ut ager hac adventitia pecunia emeretur, quā ex novis vetricibus per quinq̄uenium recipere tur. Huic totiratiōni Agriaria senatus adversabatur, suplicans Pompejo novam quandam potentiam quarti. Pompejus vero ad voluntatem preferendā legis incubuerat, ego autem magua cum agrariorū gratia confirmabam omnium privatōrum possessiones: (is enim est noster exercitus, hominū, at tute scis, locupletium) populo autem, & Pompejo (nam id quoque volebam) satiſ-  
ciebam empione: quā constituta diligenter, & sentimam sub exhausti, & Italiam ſolitudinē frequentari posse arbitrabor, sed hac tota res interpellata bello refrixerat. Metellus est consul: sāne bonus, & nos admodum diligit, ille alter nihil ita est, ut planē: 4 quid emerit, nesciat. Hac sunt in republica nīli etiam illud ad rem publ. putes pertinere, heterennium quandam, tribunum plebis tribu-  
lem tuum, sāne hominē nequam, atque eigentem, ſa-  
pe jam de P. Clodio ad plebem traducendo agere corporis. huic frequenter interceditur. Hac sunt, ut opinor, in republ. Ego autem, ut ſemel Nonarum illarum Decembriū, ſuntam invidia, ac multorum inimicitiis, exi-  
miam quandam, atque immortalem gloriam consecutus sum; non deſtitū eadem animi magnitudine in republica versari, & illam institutam, ac ſuſceptam dignitatem tueri. sed poftea quā primū Clodii abſolutione levitatem, infinitatēm judiciorū perſpexi; deinde vidi no-  
ſtos publicanos facile à Senatu diſjungi, quamquam à me ipso non diſvellerentur; tum autem beatos homines (hos pſcanarios dico, amicos tuos) non obſcurè nobis invidere: putavi, mihi maiores quasdam opes, & firmita praſidia quārenda, itaque primum eum, qui nimium diu de rebus nostris tacuerat, Pompejum adduxi in eam voluntatem, ut in Senatu non ſemel, ſed ſa-  
pe, multisque ſ verbis hujus mihi ſalutem imperi, atque orbis terrarum adjudicari, quod non tam interfuit mea, (neque enim illa res aut ita lunt obſcura, ut iſtimonium, aut ita dubia, ut la-

dationem desiderent) quam reipubl. quod erant quidam improbi, qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompejo, ex serum illarum disensione arbitrarentur. cum hoc ego metanta familiaritate conjunxi, ut uteles nostrum in sua ratione munitor, & in republica firmior hac coniunctione esse possit. odia, autem illa libidinosæ, & delicate juventutis, quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt comitate quadam mea, me unum ut omnes illi collant. nihil jam denique à me asperum in quemquam fit, nec tamen quicquam populare, ac dissolutum; sed ita temperata tota ratio est, ut reipubl. constantiam preservet, privatis rebus meis, propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malivolofum, odium in me improborum, adhibeam quandam cautionem, & diligentiam, & atque ita, men, & si lis novis amicitiis implicati sumus, ut crebit mihi vafer ille Siculus insulæret Epicharmus cantilenam illam suam:

¶ Nῦφε, καὶ μέμραστ' ἀνιστῶν, ἀεροῦ τάπων  
Φρεστῶν.

Ac nostra quidem rationis, ac vite quasi quandam formam, ut opinor, vides. De tuo autem negotio saxe ad me scribis, cui mederi nunc non possumus. est enim illud s. c. summa pediorum voluntate nullius nostrum auctoritate factum 10 nam, quod me illæ ad scribendum vides ex ipso s. c. intelligere potes, aliam rem tum relatam, hoc autem de populis liberis, sine causa additum, & ita factum est à P. Servilio filio, qui in postremis sententiam dixit; sed immutari hoc tempore non potest. iraque conventus, qui initio celebrabantur, jam diu fieri desierunt, tu si quis blanditias tamen a Sicyonis nummulorum aliiquid expresseris, velim, ne facias certiorem. Comenarium cōsulatus mei. Græcè compotum misi ad te; in quo si quid erit, quod homini Attico minus Græcum, eruditumq; videatur; non dieam quod tibi, ut opinor. Panormi 11 Luculus de suis historiis dixerat; se, quò facilis illa probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quidam 12 & σθλογεια dispensasse. apud me si quid erit ejusmodi, me imprudente erit, & invito. Latinum si perfecere, ad te mittam. tertium poëma expectato, ne quod genus à me ipso laudis mez prætermittatur. hic tu, cave, dicas, 13 ης μητερί αἰνόδ. si est enim apud homines quidi- quam, quod potius sit, laudetur; nos vituperemur, qui non potius alia laudemus, quamquam non ἔγκυρας sunt hæc, sed isoεγεια, quæ scribimus. Quintus, frater 14 purgat se mulierum per litteras, & affirmat, nihil à se cuquigam de te fecus esse dictum. verum hæc nobis coram summa cura, & diligentia sunt agenda; tu modò nos revise aliquando. Cossinius hic, cui dedi litteras, valde mihi bonus homo, & non levis, & amans tui visus est, &

### I. E'mphaniugor) Acclimationes.

2. *Omnia sollebat quæ.*) Vulgo omnia illa sollebat quæ.

3. *Ariminus.*) Ita fugivit omni Ant. August. quem habuerat. Arimino quam emendationem confirmar Vrinius antiqui libri auctioritate, qui Ariminus habet propiore ad emendatam lectionem scripta. In ius haec correctioni acquisierit, eisque auctorem laudat Lamb.

4. *Quid ameris.*) In antiquo libro Fulvii Vrini, legitur erit pro emerit, ex quo ipse leper, legendum esse suplicatur. Editio vulgata illud ipsum erit retinet. Gruterus malinfecta ita nibil est, ne placet quid ameris nefas.

5. *Tantum invida.*) Vulgo invida.

6. *Deribus huius misi salutem.*) Vulgo misi salutem.

7. *Agere tu amorem.*) Sic Decuri Boſii, vulg. agere tu ramen.

8. *Si tunc novis amicis impiciati sumus.*) Est à cod. Torn. à vulgaris absentia duo illa vocabula, si iūc Vick. edituit, asque ita tamē his novis amicis.

9. *Nūq̄s.*) Vigilans sis, & memineris non facie credere: hi sunt nervi sapientiae. Hunc versum primo integratam fuisse restituit Vick. & mendis purgavit,

dam videtur, quam lectionem retinet Junius ex ms. Palatinus, quamvis eiusdem non Ferviana lectio, ad ipsos scribent, nec Lamb adfuisse, displicat.

11. *Luculus de suis historiis.*) Videatur ubi Vrinius sum melius sit, collega suis historiis, ut intelligatur A. Albinus de quo spud Argel. xi. c. 18.

12. *Et odo inquit dispersi.*) Olentia solez finum. Ita te rekiturine Faer. & Vick ex veteribus codd. prius erat obliterata. Ceterum pro dispersi, quidam legunt ad dispersi, sed prius illud nescitur Tora. & Memoria.

13. *Tis πατέρος αὐτόν.*) Integer versus sic se habet: οὐ πατέρος αὐτόν τι, εἰ μὴ καὶ φίλοι αἴρεται γειτοῖ; Quis patrem laudabit, nisi infelices filii? Hujus lectionis rationem eruditè explicat Malasp. sed si altera illa Τις πατέρος αὐτόν, quam docti quidam substituunt missalicujus auctoritate niteretur, longe eam huic an referret Lamb.

14. *Purgari semulatum.*) Vulgo purgar semih.

zalis, qualem esse eum tu mihi litteræ rūnuntiarant. Idibus Mart.

## CICERO ATTICO, S.

**C**UM ē Pompejano me Romanam recepisse A. D. 111. Idus Maij, Cincius noster eam mihi ab te epistola reddidit, quam tu Idibus Febr. dederas, ei nunc epistolas litteris his respondebo. Ac primum, tibi perspetuum esse judicium de te meum, latet; deinde, rebus iis rebus, qua mihi asperius à nobis, atque nostris, & injunctius acta videbantur, moderatissimum fuisse, vehementissimè gaudet; idque neque anoris mediocris, & ingenii summi, ac sapientia judico, qua de re cum ad me ita faaviter, diligenter, officiosè, & humaniter scripseris, ut non modo te hortari amplius non debeam, sed ne expectare quidem abs te, aut ab ullo homine tantum facilis, ac mansuetudinis poterum; nihil duo esse commodius, quād de his rebus nihil jam amplius scribere. cūm erimus congressi; tum, siquid res feret, coram internos conferemus. Quod ad me de republie scribis, disputas tu quidem & amanter, & prudenter; & à meis consiliorum rationeua non abhorret: nam neque de statu nobis nostra dignitatis recedendum, neque sine nostris copiis intrare alterius: praesidia, veniendum: & is, de quo scribis, nihil habet amplius, nihil excelsum, nihil non summis, atque populari) verumtamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis, sed mehercule recipi. multo etiam utilior, quād mihi, civium improborum impetus in me reptimi, cūm hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia fluctuantem sententiam confirmasset, & à spe malorum ad meorum rerum laudem convertisset. quod si cum aliqua levitate mihi faciendum fuisset, nullam rem tantu[m] estimasset, sed tamen à me ita acta sunt omnia, non ut ego illi assentiens levior, sed ut ille me probans, gravior videbatur. Reliqua sic à me aguntur, & agentur, ut non committamus, ut ea, quae gestissimus fortuit, gestissile videamur, & eos bonos viros, illos quos significas, & cam, quam mihi dicis obtigisse, wæglor, non modo numquam deseram; sed etiam, si ego ab illa defesar, tamen in mea prætina sententia permanebro. Illud tamen, velim, existimes, me hanc viam: optimatum post Catuli mortem; nec præ-

diouillo, nec comitatu tenere. nam, ut ait Rhynton, ut opinor,

6. Oi μητρας θεοντι, οις οις θεοι μητρας.  
mihi verò ut invidenter pescinari nostri, aut scribam ad te alias, aut in congressum nostrum reservabo. à Cutia aucta nulla me res divelleret: vel quod ita rectum est, vel quod rebus meis maximè contentaneum: vel quod à sententiā quanti siam, minimè me peniteat. De Sicyoniis, ut ad te scripsi antea, non mulum spiecis in senatu, nemio est enim iam, qui queratur, quare, si id expetas, longum est. alia via, si qua potes, pugna: cūm est actum, neque animadversum est, ad quos pertineret; & raptum in eam sententiam pedari yecucurrent, induceendi S. C. matutitas nondum est: quod neque sunt, qui querantur; & multi partim malivolenter, partim opinione equitatu deflantur. Metellus tuus est egregius Consul, unum reprehendo, quod otium ē Gallis nuntiari nou magnopere gaudet. cupit, credo, triumphare. hoc vellem mediocris: cetera egregia. Auli filius ita se gerit, ut ejus consularus non consulatus sit, sed Magni nostri 8. vñamor. De meis scriptis, misi ad te Græcè perfectum consulatum meum: eum librum L. Cossinio dedi. puto te Latinis meis deflectari; huic autem Græco Græcum invidere. alii si scripserint, mittemus ad te; sed, mihi crede, simul atque hoc nostrum legerem, nescio quo pacto retardantur. Nunc (ut ad rem meam redeam) L. Papirius Fatus, vir bonus, & amatorque noster, mihi libras eos, quos Ser. Claudius reliquit, donavit. cūm mihi, per legem Cinciam licet capere, Cincius amicus tuus diceret: libenter, dixi, me accepturum, si attulisset. nunc, si me amas, si te à me amari sis, emitere peramicos, clientes, hospites libertos denique, ac servos tuos, 10 ut seida ne qua depereat. nam & Græcis his libris, quos suspicor, & Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. ego autem quotidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in iis studiis conquesco. permili, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, quād soles in his rebus, quas me valde velle arbitraris; ipsiusque Partib; negotia commendō: de quibus ille agit maximas gratias: & ut jam invisas nos, non solum rogo, sed etiam suadeo.

## M. TVL-

1. Nuntiabantur. Vulgo enuntiabantur.

2. Praesidia.) Hæc est volgaria librorum loctio. Torn: praesidium.

3. Sed tamen ita sunt alia omnia.) T. Ita tamen debet Faernus.

4. Miser-bonis viris idem.) Bos. aut se ita reprovisso ex miss. vulg. tui bonis

viris. m. L. Vrini liber habet, in bonis viris, ut ei videatur legendum. deit. eti. bonis viris.

5. Optimatus.) Vulg. optimatus.

6. Oi μητρα.) Alii quidem prop̄ nihil sanctaliis autem nihil cura est. Librarii, teste Viat. secundam vocem hujus versus depravarunt;

pro μητρας enim: μητρας scripserunt, turpi sed manifesto errato.

7. Concurserunt.) Vulgo concurserunt.

8. Y'ndamor.) Macula, infamia.

9. Amatorque noster.) Vulgo amatorque noster.

10. Ut seida.) Ita Faern. restituit referente Vrino &amp; laudante Iacob. ex miss. Iunii, ex miss. Pal. ceterum in uno ē misi. hæc epistola prima est libri secundi.

## M. TULLII CICERONIS

## EPISTOLARVM

## LIBER SECUNDVS,

AD

## ATTICUM.

CICERO ATTICO. S.

**K**AI. Jun. eunti mihi Antium & gladiatores M. Metelli cupidè relinquenti, venit obviam tuus puer. is mihi litteras abs te, & commentarium consulatus mei Græci scriptum reddidit; in quo i latas sum, aliquantum ante de iisdem rebus Græci item scriptum librum L. Cossinio ad te perferendum dedit. nam, si ego tuum ante legifem, futurum me abs te esse dices. quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompeta vi fa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quid ornamenta neglexerant; &c. ut mulieres, ideo bene otere, quia nihil olebam, videbantur. meus autem liber totum 2 Isocrati *Mogobætor*, atque omnis ejus discipulorum arculas, ac nonnulli etiam 4 Aristotelia pigmenta consumpsit: quem tu Corcyra, ut mihi alias litteris significas, stricte attigisti; 5 post autem, ut arbitrör, à Cossinio acceperisti; quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lente, ac fastidiosè probavissim. quamquam ad me rescripsit jam Rhodo & Posidoni, se, nostrum illud 7 *τοπογραφία* cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatus de iisdem rebus scriberet, miseram; 8 non modo excitatum esse ad scribendum, sed etiam planè perterritum. quid quæris? conturbavi Græcam nationem. ita, vulgo qui instabant, ut darem sibi quod otarent, iam exhibere mihi molestiam desisterunt, tu, si tibi placuerit liber, curabis, 9 ut, Athenis sit, & in ceteris oppidis Gracia. videtur enim posse aliquid nostris rebus lucis afferre. Oratiunculas autem, & quas postulas, & plureis etiam mittam: quoniam quideam ea, quæ nos scribimus adolescentiolorum studiis excitati, te etiam delectant. fuit enim mihi commodum, quod in eis orationi

bus, quæ *Philippica* nominantur, 10 emittuerat civis ille tuus Demosthenes, & i quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjinxerat, 11 ut *σημειώσεως* n<sup>s</sup>, & πληρωτέως videretur, curare, ut meæ quoque essent orationes, quæ consulares nominarentur. quarum una est in senatu KA. Jan. altera ad populum de legi agraria; tercia de Othono; quarta pro Rabiro; quinta de proscriptorum filiis; sexta, cum provinciam in concione depositi; septima, qua Catilinam emisi; octava, quam habui ad populum postridie quædam Catilina presugit; nona in concione, que die 13 Allobroges invocarunt; decima in senatu Nonis Decembr. sunt præterea duæ breves, quasi 14 *διάνοια* *κύρια* legis agraria. hoc totum σημειωτα ut habeas. & quoniam te cùm scripta, tum res meæ delectant; iisdem libris perspicies, & quæ gesserim, & quæ dixerim: 15 aut ne poposces. ego enim tibi me non offerebam. Quod quæris, quid sit, 17 quod te arcessam; ac simul, impeditur te negotiis esse, significas; neque recusas, quin, nondò si opus sit, sed etiam si velim, accurras: nihil sanè necesse; verumtamen videbare mihi tempora peregrinationis 18 commodiū posse describere, nimis abe diu, præsertim cùm sis in propinquis locis: neque nos frui mur; & tu nobis cares. ac nunc quidem otium est: 19 sed, si paulo plus furor Pultelli progreedi posset, valde ego te istinc excitarem. verum præclarè Metellus impedit, & impedit, quid quæris? est consul 20 φιλόπατρις, &, ut semper judicavi, natura bonus, ille autem non similiat, sed planè Tribunus pleb. fieri cupit. 21 qua de te cùm in lenitate ageretur, fregi hominem; & 22 inconstantiam ejus reprehendi, qui Romæ Tribunatum pleb. petet, cùm 23 iā Sicilia Hæc Adilitiam se petere distitasset. sed

2. *L*etras sum aliquando. Vulg. *Letras sum me aliquando*.

2. *I*soocratis. Vulg. *I*soocratio.

3. *Mugobætor*. Vnguenti & pigmentorum arculas.

4. *P*istillum, ut. In manuscripto Vrsini est postquam us.

5. *P*osidonus. Ita legit Faernus unico.

6. *Aristotelia*. Vulg. *Aristoteles*.

7. *Τοπογραφία*. Commentarium.

8. Non modo excusatum. Vulg., non modo non excitatum.

9. Ut Athenis sit. Vulg. ut & Athenis.

10. Eniuerae, abjinxerat. Hæc est cod. Tornæ lectio, vulg. eniuerae, abjinxerat.

11. Ab hoc refractariolo. Ita vulgata & Tornæ codex. Memmiani codd. habent refractariolo.

12. *Vt σημειώσεως* n<sup>s</sup>. Gravior, auctoritateque pollentior, & rebus tractandis accommodatior. Est à codd. Tornæ & vulgatis. Victorius ait in versu. cod. legi ne *σημειώσεως*, sed Lambinus improbat.

13. *Allobroges invigerunt*. Est Decurt. Vulg. *invigerunt*: Manutius conjicit *indicaverunt*.

14. *Απομνημόνια*. Fragmenta.

15. *Iudicium libri pars*. Vulg. *iudicium ex libro*.

16. *Anne poposces*. Sic legendum censet Lambinus: quin sic habet plane cod. Torn. aut ne poposces autem Vulg. at n<sup>s</sup> pop. &c.

17. *Quod te arcessam*. Scidæ & Cruseill. ut codices Malasp. quod, non, ut est in vulg. quo.

18. *Commodius posse describere*. Ita Faern. ex antiquo cod. refutavit, quoniam antea legeretur diffiduisse. Differere, probat Lamb. ex cod. Torn. cui affinitas lun.

19. Si paulo plus. Quidam referente Lamb. volunt legi si paulo lessine.

20. *Φιλόπατρις*. Patri amans.

21. *Qua de te cum*. Quare, vulgari.

22. *Inconstantiam ejus reprehendi*. Eque abest à publicatis.

23. *In Sicilia hæc adilitatem se petere diligenter*. Est Boii; ex Decurt. à qua lectio non valde discrepat depravata hæc Torn. hereditatem sive harditatem. Junius vero dicit, hæc adilitatem se petere diligenter; & germanam esse lectiōnēm, quam proxime Boii sequuntur sic. Vulg. aut scriptum in antiquiori suo, hereditatem sive harditatem, neque &c. ante erat, diligiter sive diligenter. quam lectiōnēm Man. efficiunt. & Cavalc. miss. facetur cui abundat camen videtur dicit, sive, quam sibi possesse confitetur.

puto sincerè locutum. In sensu tem probè scribis actam, sed quid Curio? an illam orationem non legit? quae unde sit proleta, nescio. sed & Axis, quidem diu scribens ad me acha, non ita laudat Curionem. at potest ille aliquid prætermittere: tu, nisi quod erat, profectò non scripsisti. Varrois sermo facit exspectationem Cæsaris: utinam ipse Tarto incumbat in causam: quod profectò eam sua sponte, tum te instantē facias. ego, si me aliquando velet & patria comparem fortuna feceris, certè efficiam, ut maxime: tunc unus ex omnibus amicis; meaque officia, & studia, quae parum antea lucerent, (fatendum est enim) sic exequar, ut me aque tibi, ac fratri & liberis nostris, restitutum putes. si quid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignosc. in me enim ipsum peccavi vehementius. neque hoc è scribo, & quod te non meo casu maximo dolore esse affectum sciam: sed profectò, si, quantum me amas & amasti, tantum amare debes, ac debuisses, numquā es passus me, quo tu & abundabas, egere consilio; nec es passus mihi persuaderi, utile nobis eis legem de collegiis perfici. sed tu tantum lacrimas prabuisti dolori meo, quod erat ameris, tanquam ipse ego: quod meritissime perfectum esse potuit, ut dies & noctes, quid mihi faciendū esset, cogitates, id abs te, meo, non tuo scelere prætermissum est, quid si non modò tu, sed quisquis fuisset, qui me pompeji minus liberali responsu perterritum à turpissimo consilio revocaret, quod unus tu facere maxime potuisti: & aut occubuisse honeste, aut victores hodie viveremus. Hic mihi & ignoscas. ne enim ipsum multo magis accuso: deinde te, quali me alterum: & tunc mea culpa socium quo: & ac si restituor, etiam minus videbimus delinquisse; absteque certe, quoniam nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Quod te cum Caleone scribis de privilegio locutum: est aliquid, sed multò est melius abrogari, si enim nemo impedit, & quid est firmius? si erit, qui ferri non finat, idem S. C. intercedet. ne quicquam aliud opus est, quam abrogari. nam prior lex nos nihil lædebat, quam si, ut est promulgata, laudare volueremus, aut, ut erat negligenda, negligere; nocere omnino nobis non potuisset. hic mihi & primū meum consilium deficit, sed etiam obscurit. eae, eae, inquam, fuimus in vestitu mutando, in populo rogando quod, nisi nominatim tecum agi ceptum esset, fieri perniciem fuit. sed pergo præterita. verumtamen ob hanc causam, ut, si quid ageretur, legem illam, in qua populatio multa sunt, ne tangatis. verum est stultum, me præcipere, quid agatis, aut quo modo, utinam modò agitur aliquid: & in quo ipso multa occulant tua littera, credo, ne vehementius desperatione perturber. quid enim vides agi posse, aut quo modo? per Senatumne? ait tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in Curia potte fixisse, ne referri, neve dici licet. quo modo igitur Dositius se dixit relaturum? quo modo autem iis, quos tu scribis, & de te dicentibus, & ut referetur, postulantibus, Clodius tacuit? & ac, si per populum, poterintine, nisi de omniū:

2. Entra.] Est hoc epistola in Lamb. editione est 17.

3. Etsi fin. Ita ex scđis reposuit Boſius ut corrigendum putant Malap. &amp; Lamb. malapinca camen in eo lententiam non probat Boſius, quod, patimurque, pro precio &amp; legendum existimat.

4. Non sensi.] Sic legunt Scide, Tornæf. &amp; Crusei, editiones habent. id quod non improba Boſius.

5. Substantiū universi.] subiicit habebant scđ. Boſi, reliqua ex missan ex conjectura habebat nescio. Vulg. subiicit adverbi.

6. Atque mode.] Ita ex mſi. suis Boſius; vulg. quoniam.

7. Ceteri quod purgas, debent mihi probati esse tibi si sunt.] Sic mſi. Boſius; quod de Tornæf. etiam testatur Lamb. qui ramus maulc, debent mihi purgas esse. Vulg., ceteri que purgas debent mihi purgas esse.

8. Axius.] Fulvius, &amp; Iunius, legunt Axius, ex aumnis &amp; lapidi- bus antiquis.

9. Quid ut.] Vulg. quod.

10. Abundat. ] Vulg.

11. Aut secundū [est] hec de. ] Hoc membrum cum in margine codicis sui repetit Victorius, dubitantes reposuit, desideratur autem in plurimi s. c. &amp; præsertim in Tornæf.

12. Ignorat. ] Vulg. ignorat.

13. Ac abest à vulg. Iunius ex mſi. Pal. legit, &amp; refutans ex mſi. &amp;c.

14. Quid ei firmis?] Sic Scide Tornæf. &amp; Crusei. quam lectione etiam probat Lambinus. Vulgati libri, sic ei firmis.

15. Primum neam confitimus.] Refutatio huc est. Victorii ex mſi. anti- qui sīde. prius erat primum non medi confitimus.

16. In que ipsi.] Tres haec voces, in que ipsi, reposuit Boſius ex Dec. Crusei. &amp; Tornæf. quandam excusi habebant in quod ipsa iudeat; quod nelegit Victorius. in suo enim antiquo ejus loco tantum erat que ipsa, atque id quidem deleterum &amp; ojectum.

17. Atque per.] Vulg. atque per populam.

omnium Tribunorum pleb. sententia? quid de bonis? quid de domo? poteritne restituiri? aut, si non poterit, egomet quo modo potero? haec nisi vides expediti, quam in spem me vocas? et si autem spei nihil est, quae est mihi vita? itaque ex pecto Thessalonica acta KAL. Sext. ex quibus statuam, in tuos agros confugiam, ut neque videam homines, quos nolim; & te, ut scribis, videam; & proprius sim, si quid agatur; idque in melius cūm tibi, tum Quinto fratri placere; an abeam Cyzicum. Nunc, Pomponi, quoniam nihil imperisti tua prudentia ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse consilii decretas, aut te nihil plus mihi debere, quam ut praeceperes, & quoniamque ego proditus, inductus, conjectus in fraudem, omnia mea praefidia neglexi; totam Italianam, in me eructam ad me defendendum, destitui & reliqui; me, meos, meis tradidi inimicis, inspectante & tacente te; qui si non plus ingenio valcas, quam ego, certe timebas minus: si potes, erige adfictos, & in eo nos juva: si omnia sunt obstruta, id ipsum fac ut sciamus: & nos aliquando aut objurare, aut comiter consolari desine. Ego si tuam fidem accusarem; non me potissimum tuis testis crederem: meam amentiam accuso, & quod à te tantum amari, quantum egovellem, putavi: quod si fuisset, fidem eandem, curam maiorem adhibuisses; me certe ad extium precipitarem restringuisse; istos labores, quos nunc in naufragio nostris scriptis, non subiesses. quare fac, ut omnia ad me perspecta & explorata perscribas; meque ut facis, velis esse aliquem; quoniam, qui fui, & qui esse potui, jam esse non possum; & ut his litteris non te, sed me ipsum à me esse accusatum putas. Si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine litteras dari, velim conscribas, cureisque dandas. Dat. XIX. KAL. Sept.

## CICERO ATTICO, S.

<sup>16</sup> TOTUM iter mihi incertum facit exspectatio & litterarum nostrarum KAL. Sext. datarum, & non aliquid, si spes erit, Epitum, 9 in minùs, Cyzicum, aut aliud quid sequetur, tua quidem littera, quo sapientia à me legenduntur, 10 hoc spem faciunt minorem; quod cum lectio sum, id, quod auteluntur ad spem infirmitat, ut faciliè appareat, & consolationi servire & veritati; 11 idque te rogo plane, ut ad me, quae 12 scis, ut erunt; quae putabis, 13 ita scribas, ut putabis. Dat. XII. KAL. Sept.

## CICERO ATTICO, S.

<sup>17</sup> DE Quinto fratre nuntii nobis tristis, nec varii vident ex ante diem NON. Jun. usque ad prid. KAL. Sept. eo autem die 14 Levinejus, M. Reguli libertus ad me à Regulo misitus venit, is omnino mentionem nullam factam esse nuntiavit: sed fuisse tamen sermonem de C. Clodii

2. Si autem habent alii.

2. Quoniamque ego predixi.) Ita Bos. mss. Victoriana editio, quoniamque ego predixi, vulg. quandoquidem ego, &amp;c.

3. Mes metu, metu.) Ex plerisque suis Bos. à vulgaris abest, metu.

4. Quod à te tantum amari.) Vulg. quod me à te.

5. Et ut hic litteris) Ante copulativam, &amp; te hinc styrus ponitur à luni.

6. Litterarum nostrarum.) Vulg. iuratum.

7. Non aliud aliquid.) Totum hoc abest à libro ms. Vrsini, &amp; recte ut opinatur.

8. Si spes erit.) Vrsinus &amp; lunius ex veteri libro legunt, nam si spes erit.

9. Si minore.) Vulg. si minore.

10. Hec siem faciunt minorem; quod cum littera sunt.) Ita mss. Bosii, nisi quod in Tornæ. Lete, culpa librarii exaratum est, quo lectio camen non disponit Lambinum; etiam si cum Cerrado sic se legeret dicit, ut Bosius. Vulg. siem faciunt mihi minorem, quam cum littera sunt; quod &amp; est cod. Vulsiani leta pta, unde ille conjicit, nam cum littera.

11. Idque te rege.) Lectio, si fallor, efformata ex veteri illa ms. Fulvianis, id quod ante ea erat, itaque.

12. Secundum Vrsini liber seies

13. Ita scribas, ut parabolas.) Dico hęc postrema vocabula ex mss. addit. Bosius.

filio, isque mihi tum à fratre litteras attulit. sed postridie 15 Sestii pueri venerunt, qui à te litteras attulerunt, non tam exploratas à timore, quām sermo Levinej fuerat. sanè sum in meo infinito mōtore sollicitus, & eo magis, quod 16 Appi Quattuor est. Cetera, quae ad me eisdem litteris scribis de nostra spe, intelligo esse languidiora, quām alii ostendunt. ego autem, quoniam non longè ab eo tempore absimus, in quo res disjudicabitur, aut ad te conferam mo, aut etiam nunc circum hęc loca commorabor. Scribit ad me frater, omnia sua per te unum sustineri, quid te aut horre? quod facis; aut agam gratias, quod non exspectas? tantum velim, fortuna det nobis potestatem, ut incolimes amore nostro perficiamur. Tuas litteras semper maxime exspecto: 17 in quibus cave vereri, ne aut diligentia tua mihi molesta, aut veritas acerba sit. Dat. prid. NON. Septemb.

## CICERO ATTICO, S.

<sup>18</sup> EXPECTATIONEM nobis non parvam attuleras, cum 18 Escriptoras, Varronem tibi pro amicitia consumasse, causam nostram Pompejum certe fulceprium: & simul à Casare ei litteras, quas exspectaret remissa essent, 18 actorem etiam datum. utrum id nihil fuit, an averfacta sunt Casari littera? an est aliquid in spe? etiam illud scriperas, eundem, secundum comititia, dixisse, fac ( si vides, quantis in malis jaceam, & si putas esse humanitatis tuę) me fac de tota causa nostra certiore, nam Quintus frater, homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mittit spes plena, meus, credo, detectionem animi mei. tu autem litterae sunt variae, neque enim me desperare vis, nec temere sperare, fac obsecro te, ut omnia, quae 19 perspicit à te possunt, sciamus.

## CICERO ATTICO, S.

<sup>20</sup> QUOD ejusmodi mihi littera à vobis adferebantur, 19 qui aliquid ex iis esset exspectandum; spe & cupiditate Thessalonica 21 retentus sum: postea quām omnis actio hujus anni concocta nobis videbatur, in Asiam ire nolui: quod & celebrata mihi odio est: & si fieret aliquid à novis magistratibus, a bello longe nobilem, itaque in Epitum ad statui me conferre; 22 non quod area intercesset loci natura, qui lucem omnino fugerem; 23 sed & ad salutem libentissime ex tuo portu proficisci: & si ea praeficerem, nusquam facilius hanc miseriam vitam vel sustentabo, vel, quod multo est melius, abiecero, ero cum paucis: multitudinem dimittam. Metu litteras numquam in tantam spem adduxerunt, quantam aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quām tua littera, sed tamen, quoniam coepit est, 24 ego, quoquo modo coepit est, & quacumque de causa, non deseram neque optimi,

14. Levinej.) Ita Bos. mss. Levinej, placuit Manutius &amp; Victorius &amp; paulo post Manutius legit, L. Reguli, non M. Victorius dubius est &amp; non M. abesse ab editione Germanorum, sed reinteri in suo antiquore: Vulg. Levinej, ut &amp; infra, Levinej, ubi noster Levinej.

15. Sestii.) Vulg. semper, Sestii.

16. Appi quatuor.) Ita Manutius, Bosius, Lambinus ex mss. Victorius ex suo meliore, quem Cavalcantis librum esse arbitrio specie legit.

17. In quibus cave vereri nece.) Ita omnes Bosii mss. uno excepto, codd. Memmiani habent, cave ne aut dilig, mihi molestia aut varietas acerba sit: Manutius conjicxit, care suspictris, aut, care rimeas; Vrsino autem ex veteri libro, in quo est, care, care, ne aut videtur legendum, care, ne aut, &amp;c.

18. Alterum etiam datum.) Ita scidæ &amp; Crusell. ut ex Tornæiane Lambinus emendavit: vulg. autem.

19. Peripici.) Vulg. profici.

20. Quidam.) Vulg. quid.

21. Recensuit sum. Vulg. detinens sum.

22. Non quo maxima intercesset luci natura.) Vocem, natura, delendam censebat Faenrus.

23. Sed &amp; ad salutem.) Vulgo, sed ave, ut &amp; paulo post, antis, &amp; ita, prece, quod in nostro est, &amp; fita.

24. Ego quoque modo.) Vulg. ego quoquemodo.

simi, atque unici fratris miseras ac luctuosas preces; nec Seftii, ceterorumque promissa; nec spem eternitatis mulieris Terentiae; nec misericordiam mulieris Taliolae obsecrationem, & fideles litteras tuas. mihi Epitus aut iter ad salutem dabit; aut quod scripti supra. te oro & obsecro i. T. Pomponi, si me omnibus amplissimis, carissimis, jucundissimisque rebus perfidae hominum spoliatum; si me à meis consiliori prodiunt & projectum vides; si intelligis me coactum, ut ipse me, & meos perdeam; ut metus misericordia juves: & Quintum fratrem, qui potest esse salvus, suffentes: Terentiam, liberoique meos tueare; me, si putas te istic visurum, exspectes; si minus, invisas, si potes, & mihi ex agro tuo tanum affinges, quantum meo corpore occupati potest; & pueros ad me cum litteris quamprimum, & quam sapientissime mitas. Dat. xvi. KAL. Octob.

CICERO S. D. Q. CÆCILIO Q. F. POMPO-  
NIANO ATTICO.

**20** Quid idem ita esse, & avunculum tuum functum esse officio, vehementissime probo: gaudere me tum dicam, si mihi hoc verbo licebit uti. Me miserum, quam omnia essent ex sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuisse: quæ colligere nolo, ne augeam mœrorum. sed tibi venire in mentem certe scio, quæ vita est nostra, quæ suavitatis, quæ dignitas, ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, ut facias, diemque natalem redi suss mei, cura, ut in tuis adi bus amoenissimis agas tecum & cum meis. Ego huius spei & expeditationi, quæ nobis proponitur, & maximè tamen volui præstolari apud te in Epiro: sed ita ad me scribiatur, ut putem esse commodius, nos eisdem in locis esse. De domo & Curionis oratione, ut scibis, ita est. in universa salute, si ea modo nobis restituetur, inerunt omnia; ex quibus nihil malo, quam domum. sed tibi nihil mandato nominatum: totum me tuo amori fideique commando. Quod te, in tanta hereditate, ab omni occupatione expediti, valde mihi gratum est. Quod facultates tuas ad meam salutem polliceris, ut omnibus rebus à te prætercesseris juverit: id quantum sit præstolari, video; intelligoque, te multis partibus mea salutis & suscipere, & posse lufinere: neque, ut tu facias, rogandum esse. Quod me vetas quicquam suscipiatis accidisse ad animum tuum, quod lecus a me erga te commisum, aut prætermis videatur, geram tibi morem, & liberabor ista cura: tibi tamen eo plus debeo, quod tua in me humanitas fuerit excellior, quam in te mea. Velix, quid vides, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas: & tuusque omnes ad nostram salutem adhortere. Rogatio Seftii neque dignitatis satis habet, nec cautionis. nam & nominatum ferre oportet, & de bonis diligenter scibis: & id animadvertis velim. Dat. iv. No N. Octob. Thessalonica.

## CICERO ATTICO. S.

**21** TRICINTA dies erant ipsi, cum has dabam litteras, per quos nullus à vobis accepseram, mihi autem erat in animo, iam, ut antea ad te scripsi, ire in Epiro: & ibi omnem casum potissimum expectare. Te oro, ut, si quid erit, quod perspicias, quamcumque in partem, quam planissime ad me scribas: & meo nomine, ut scibis, litteras, quibus putabis opus, esse, ut des. Dat. v. KAL. Novemb.

## CICERO ATTICO. S.

**E** TISSIMUS diligenter ad me Quintus frater & filio, quæ clementia scripserant: tamen vellem, tua te occupatio non impedit, quo minus, ut confusisti, ad me, quid ageretur & quid intelligeres, perscriberes. Mo adhuc Planicus liberalitate sua retinet, iam aliquoties conatum ite in Epitum. Spes homini est injecta, non eodem, quæ mihi posse nos unà decedere: quam rem tibi magno honore sperat tote sed jam, cum adventare milites dicuntur, faciendum nobis est, ut ab eo discedamus, quod cùm faciemus, ad te statim revertimur; ut scias, ubi sumus. Lentulus suo in nos officio, quod & re, & promissis, & litteris declarat, spem nobis non nullam afferit Pompeji voluntatis. Sepe enim tu ad me scripsisti, eum rotum esse in illius potestate. De Metello scriptis ad me frater quantum speraret, & profectum esse pertine. Mihi Pomponi pugna, ut tecum & cum meis mihi licet vivere; & scribe ad me omnia tremor cum luctu, tum & desiderio meorum omnium, tum eorum, qui mihi me carores semper fuerunt. Cura, ut valeas. Ego, quod, per Thessaliam si item in Epitum, perdiu nihil eram auditurus, & quod mei studiosos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexii, cum illa superiora Thessalonica scripsissem, inde cùm ad te me convertam, faciam ut scias. tuque ad me velim omnia quam diligenter, & cuiuscummodi sunt, scribas. ego jam autem, aut ne spem quidem expecto. Dat. vi. KAL. Decemb. Dyrrachii.

## CICERO ATTICO. S.

**A**D unam datam A.D. VIII. KAL. Novemb. in qua me hortaris, ut forti animo mensem Januarium expescemus; eaque, quæ ad spem putas pertinere, de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompeji ratione, perscribis, in altera epistola, præter consuetudinem tuam, diem non adscribis: sed fatus significas tempus, legi enim ab octo Tribunis pleb. promulgata, scribis te eas litteras eo ipso die dedisse, id est A.D. IV. KAL. Novemb. &, quid putes utilitatis eam promulgationem attulisse, scribis. In quo si jam hac nostra salus, cum hac lege desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanem meanam diligentiam, miserabilem potius, quam ineptam, putes: si est aliquid spesi, des operam, ut majore diligentia posthac a nostris magistratibus defendamus names veteranum Tribunorum pleb. rogatio tria capita habuit, unum de redditaco, scriptum incertum, nihil enim restituitur, præter civitatem & ordinem: quod mihi pro meo casu fatis est. sed, quæ cavenda fuerint, & quo modo, te non fugit alterum caput est tralatitium de impunitate, si quid contra alias leges ejus legis ergo factum sit, tertium caput, mihi Pomponi, quo consilio, & à quo sit inculcatum, vide. scis enim Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset nec per Senatum, nec per populum infrinxi sua lex. sed vides, numquam esse obliteratas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur, nam si id esset, nulla ferè abrogari posset: (neque enim illa est, qua non ipsa se sapiat difficultate abrogationis) sed, cùm lex abrogatur, id illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat hoc cùm te vera sit; cùm semper ita habitum observatumque sit, octo nostri Tribuni pleb. caput posuerunt hoc: SI QVID IN HAC ROGATIONE SCRIPTUM EST, QVOD PER LEGES,

PLURIBVS.

**1.** T. Pompejus. Addidit Bosius prænomen T. ex suis ms. cum abef-  
feta vulg.

**2.** Dixi que et agri mei.) Hic operæ omiserant olim vocem.

**3.** Maxime tamen.) Petrus Faber legebat, maxime autem, &c.

**4.** Ut tu, scias.) Vulg. ut sis facias.

**5.** Tresque omnis.) Vulg. omnisque: & vox, sive, abef-

**6.** Professum offerte.) Professum est in antiquo Velsini pro professum.

**7.** Dispergit vestrum.) Ad hanc lectionem quæ est illi Bosii proximum

accedit. Faenus legens, non desiderio omniū eorum, qui mihi, vulg. tam  
desiderio omnium rerum quæ mihi cariores semper fuerant.

**8.** Cuiusmodi.) Hoc est & ms. exemplaribus, Victorii emendatio,  
prius legebatur, enigmatis.

**9.** Si jam haec nostra.) Vulg. fratrem.

**10.** Id id ipsum abrogatur.) Quod ex conjectura emendavit Malaspini,  
id Bosius auctoribus ms. in quibus manifeste scriptum est abrogatur,  
& genitivo pro abrogatis, legebat regalis.

PLEB. VESC. HOC EST, QVOD PER LEGEM CLODIAM PROMVLGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARES.  
E. SVA NON LICEAT, NON LICVERIT; I QVODVBH EI QUI PROMVLGAVIT, ABROGAVIT, DEROGAVIT, OBROGAVIT, OB EAM REM PÆNAE, MVLTAEVE SIT  
2 E. H. L. N. R. atque hoc in illis Tribunis pleb. non ladebat, lege enim collegi sui non tenebantur; quo major est suspicio maliciae alicuius; cum id, quod ad iplos nihil pertinebat, erat autem contra me; scripserunt: ut novi Tribuni pleb. si essent timidiiores, multo magis sibi eo capite utendum putarent. neque id à Clodio prætermissum est. dixit enim in concione A. D. 111 Non Nov. hoc capite designatis Tribunis pleb. præscriptum esse, quid liceret: tamen, in lege nulla esse ejusmodi caput, te non fallit. quod si opus esset, omnes in abrogando uterentur. 3 Ut Ninnum, aut ceteros fugerit, investiges, velim: &, quis atulerit; &, quare octo Tribuni pleb. ad Senatum de me referre non dubitarint; 4 (tunc quid observandum illud caput non putabam) idem in abrogando tam 5 cauti fuerint ut id meuerent, soluti cùm essent; quod ne iis quidem, qui lege tenentur, est curandum. id caput sanè nolum novos Tribunos pleb. ferre: sed perferant, modo quidlibet, uno capite, quo revocabor, (modo res conficiatur) ero contentus. Jam dudum pudet tam multa scribere. vereor enim, ne re jam desperata legas; ut hæc mea diligencia miserabilis tibi, aliis irridenda videatur. sed si est aliquid in spe, vide legem, quam T. Fadio scripsit Visellius: ea mihi perplacet. nam Sextii nostri, quam tu tibi probari scribis, mihi non placet. Tertia est epistola prid. Id. Novemb. data: in qua exponis prudenter & dili genter, quæ sint, quæ rem distinere videantur, de Crasso, de Pompejo, de ceteris. quare ore te, ut, si qua spes erit, posse studiis bonorum, auctoritate, multitudine compata rem confici, des operam, ut uno impetu perfringatur; in eam rem incubas, ceterosque excites. sin, ut ego perspicio cum tua conjectura, tun etiam mea, spei nihil est; oro obtestor que te, ut Quintum fratrem ames, quem ego misericorditer perdidi; neve quid eum patire gravius confuleret de se, quād expediāt sororis tua filio; meum Ciceronem, cui nihil misero relinqu præter invidiam & ignoriniā nominis mei, tuere, quoad poteris; Terentium, unam omnium ærumnissimam, sustentes tuis officiis. Ego in Epirum proficiscar, cū primorum dierum nuntios excepero. Tu ad me, velim, proximis litteris, ut se initia dederint, perscribas. Dat. prid. KAL. Decemb.

## CICERO ATTICO, S.

24 ANTEA, cū ad me scripsissest, vestro consensu 7 Con sulum provincias ornatas esse; et si verebar, quorū id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando vidisse prudens: posteaquam mihi & dictum est, & scriptum, vehementer consilium vestrum reprehendi, sum

graviter commotus; quod illa ipsa spes exigua, quæ erat, videtur esse sublata, nam si Tribuni pleb. nobis succent, quæ potest spes esse? ac videntur jure successere: cū & expertes consiliū fuerint, qui causam nostram suscepiant; & nostra concessione omnem vim sui juris amiserint: præfertim cū ita dicant, si nostra causa voluisse suam potestatē esse de Consulibus ornatis, non ut eos impedit, sed ut ad nostram causam adjungerent. nunc si Consules à nobis alieniores esse velint, post id libertè facere; sin vellet nostra causa, nihil possit se invitare. Nam quod iceris; ni ita nobis placuerit, illos hoc idem per populum affectueret tuis; invitatis Tribunis pleb. fieri modo potuit, ita vereor, ne & studia Tribunorum amiserimus: &, si studia maneat, vinclum illud adjungendorum Consulū amissum sit. Accedit aliud non parvum incommunum, quod gravis illa opinio, ut quidem ad nos perferebatur Senatum nihil decernere ante, quād de nobis actum est, amissa esse; & præfertim in ea causa, quæ non modo necessaria non fuit, sed etiam inusitata ac nova: neque enim unquam arbitrator ornatas esse provincias designatorum: ut, cū in hoc illa constantia, quæ erat mea causa suscepit, & immunita sit, nihil jam possit non decerni. iō iis, ad quos relatum est, amicis placuisse, & non mirum est. erat enim difficile reperi, qui contra tanta comoda duorum consulū palam sententiam dicere, fuit omnino difficile non obsequi, vel auctissimo homini, Lentulo, vel Metello, qui simulatē humanissime deponebat. sed vereor, id nō hos tamē tenere poterimus; Tribunos pleb. amiserimus. hæc res quemadmodum ecclerit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas; & ita, ut insuisti. nam ista VÉRITAS, etiam si jucunda non est, mihi amata grata est. Dat. iv. 1D. Decemb.

## CICERO ATTICO, S.

POST 13 tuum à me discessum littera mihi Roma alla-  
25 ta sunt: ex quibus 14 perspicio nobis in hac calamitate tabescendum esse: neque enim, (sed bonam in partem accipies) si illa spes 15 saluti nostra subflet, tu pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses. sed ne ingratias, aut ne omnia velle nobiscum unā interire videamur, hoc omitto. illud ab te peto, des operam, id quod mihi afflasti, ut te ante KAL. JAN. ubicumque erimus, sūtas.

## CICERO ATTICO, S.

LITTERAS mihi à Quinto fratre cum S. C. quod de me est factum, allate sunt. mihi in animo est, legum latiōnem expectare; & si obiectabitur, utar auctoritate Senatus, & POTIVS vita, quād patria, carebo. Tu, quād festina ad nos venire.

## CICERO ATTICO, S.

EX tuis litteris, & ex rei ipsa nos funditus perisse video.  
27 Te oro, ut, quibus in rebus mei tui indigebunt, nostris miseriis ne desis. ego te, ut scis, 16 citò video.

M. TUL-

1. Quod est si. Hæc est Man. conjectura, (pro eo quod erat antea, quod, vel qui?) & Dec. lectio, qua restituuntur duæ illæ voces, abrogare, & obrogare.

2. E. H. L. N. R. Ita prius emendavit Anton. August., quem securi sunt postea Faænus, Manarius, Vesinus, & Lambinus.

3. U. Nunnium. Victorius & alib' sequit, ita restituerunt. Vulg. Nunnium, vel Minnium.

4. Sitne quid observandum. ) Hujus ulceris curatio, deberet Decur. Junius laudat & misit suos ferme ei respondere ait; & tantum adhibet vocian an, post verbum priuabat, vulg. sive quid. unde Manutius corrigebat, & cùm quid, quam correctionem sequitur Lambinus: sed pronomini idem præponit ad verbium eur.

5. Causa fuerit. ) Vulg. fuerunt.

6. Scriptor Vifellius. Abecet à Decur. nota 7. & Manutius ante con-

jeccat legendum C. Vifellius, non T. Vifellius.

7. Coss. provinciū. Sic omnes msi. Palatini: vulg. Consulatu.

8. Præfertim in ea causa.) Vocem, in, expungi vellet Junius.

9. Immunita sit.) Immunita sit, habent veteres libri Vifellius & ita leges bat Faænus.

10. Ita ad quod.) Vulg. jam hic ad quod.

11. Mirum est.) Vulg. mirum est.

12. Rebus tamē tevere.) Vulg. ne reb. cum tenet.

13. Tuum a me sententia.) Sulpicatur Manutius abundare, ē me.

14. Perspicio.) Vulg. perspicio.

15. Saluti nostra.) Salutis nostra est in vulg.

16. Cito videtis.) Junius cum vulgo hic fervet malit verba quæ in Tornis, atque defensu; plura nra scribitur, quæ in vulg.

M. TULLII CICERONIS  
EPISTOLARUM  
LIBER QVARTVS,  
AD  
ATTICUM.

CICERO ATTICO. S.

**C**UM primū R̄omam veni, fuitque, cui recte ad te litteras darem, nihil prius faciendum mihi putavi, quām ut tibi absenti de reditu nostro gratularet. 1 cognoramus enim, (ut vere scribam) te in consilis mīhi dandis nec fortiorē, nec prudenterō, quām me ipsum: 2 nec etiam pro præterita mea in te observantia, nimium in custodia salutis mēa diligenter, eundemque te; qui primis temporibus erroris nostri, aut 3 potius furoris particeps, & 4 falso timoris focus fuisse, acerbissimè discedunt nostrum tulisse, plurimumque operz, studii, diligentia, laboris ad conticendū redditum meum contulisse. itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima letitia, & exoptatissima gratulatione unum ad cumulandum gaudium conspicuum, ut potius complexum mihi tuum deusſisse; quem semel nocturnū numquam dimisero: ac, nisi etiam prætermissus fructus tua suavitatis præteriti temporis omnes exegero, profecto hac restitutio fortunz me ipse non satis dignum judicabo. Nos adhuc in nostro statu, quod diffīlē recuperari posse arbitrati sumus, splendorem nostrum illum forensem, & in Senatu auctoritatē, & a pudō viro bonos gratiam magis, quam optaramus, confecti sumus. in te autem familiari, qua quædammodum fracta, dissipata dieptia sit non ignoras, valde laboramus: taurumque non tam facultatum, quas ego m̄p̄ras esse jūdico, quam consiliorum ad colligendas & constituendas reliquias nostras indigemus. nunc, et si omnia aut scripta esse à tuis arbitris, aut etiam nuntiis, ac rumore perlatā: tamen ea inscribam brevi, quæ te puto potissimum ex meis litteris velle cognoscere. Pridie Nonas Sext. Dyrrachio sum profectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis. Brundisium veni Nonis Sext, ibi mihi Tulliola mea fuit preste-

natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & Brundisium colonia, & rur vicina Salutis. quæ res animadverba à multitudine, summa Brundisiorum gratulatione celebrata est. ante diem VI. ID. Sext. 5 cognovi, cum Brundisi esset, litteris Quinti fratris, miris studio omnium attauit atque ordinum; incredibili concursu Italia, legem comititis Centuriatis esse perlatam. 6 inde à Brundisiorum honestissimis ornatus, iter ita feci, ut undique ad me cum gratulations legati convenerint. ad urbem ita veni, ut nemo illius ordinis homo nomenclatori notus fuerit; qui mihi obviam non venerit, præter eos inimicos, 7 quibus id ipsum non licet aut dissimilare, aut negare. Cum venissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant: à qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata; similis & frequenter, 8 & plausus me usque ad Capitolium celebravit: in foroque, & in ipso Capitolio miranda multitudo fuit postridie in Senatu, qui fuit dies No. N. Septemb. Senatus gratias egimus. eo biduo cum esset ennonc summa caritas, & homines ad theatrum primo, deinde ad Senatum concurrissent, impulsu Clodi, mea opera frumenti inopiam esse clamarent; cū per eos dies Senatus de annona haberetur; & ad ejus protractionem sermone non solum plebis, verū etiam bonorum Pompejus vocaretur, idque ipse cuperet; multitudineque à me nominatim, ut id decernerem, postularer; feci; & accurate sententiam dixi; cū absens Consulares, quod tutio se negarent posse sententiam dicere, 9 præter Mellalam & Afranum. factum est s. c. in meam sententiam, ut cum Pompejo ageretur, ut eam rem suscipiat, lexque feretur: quo s. c. recitato 10 cū continuo, more hoc insulso & novo, plauſum, meo 11 nomine recitando, dediſſet; 12 habui concionem: omnes magistratus praesentes, præter unum Fratorem, & duos Tribunos pleb. dederunt. postridie Senatus frequens, & omnes Consulares nihil Pompejo

1. Cognoramus enim (ut vere scribam) te in consilis mīhi dandis, &c. ] Totum hunc orationem de missi Palat. comparatione; 2. Cognoramus enim (ut vere scribam) te in consilis mīhi dandis nec fortiorē, nec prudenterō, quām me ipsum oī, etiam pro præterita mea in te observantia, nimium in custodia salutis mēa diligenter; 3. quād nuntiis te, qui primus temporibus erroris nostris furoris particeps, & falso timoris focus fuisse, acerbissimè discedunt nostrum.

2. Nec etiam pro præterita mea in te observantia animis, in custodia, &c. ] Bolus exp̄l̄. temp̄. 1. Decūt. pro præterita mea; cuius lectionis vestigia perturbata, in hunc modum exstant in Tornaz. properiam in te & Observantia. Alia autem est librorum nonnullorum lectio. Lambinus, vulgo le tione offensus, tom ab uno codice Memianio adnotatis atque editis, in quo scriptum est, properiam tuā legi; nec etiam pro præterita mea. Cameros pro animis, reponit invenit, quod primum in nomine deinde lucrū in nomine depravatum, vulgatissime sic se habet, nec etiam properiam tuā in te observantia, animis in custodia salutis mēa diligenter.

3. Postis furoris. ] Sic emendavit Eusebius Stephanus, & recte, nec dubitator Manetius, quin ita legendum sit, vulg. recte.

4. Falso timoris. ] Ex antiquo libro & ex historia sic legie Virsus,

quod etiam Lambinus ex longe optimo m̄. suspicatus est, in quo erat falsi meritis; vulg. falsi rumoris.

5. Cognovi, cum Brundisi ipsem. ] Tria postrema vocabula, quæ prius ex Tornaziano restituerat Lambinus, à Bolio in Decurato & Crucellino, quævis abscenti à vulgaris, noluit in sua editione defuderat.

6. Inde à Brundisiorum honestissimis ornatiss. ] Nonnullis, legit ex veteribus libris Faenris. Gaius conjiciebat, honestissimis s. c. ornatiss, id est, senatus consulto.

7. Quibus id ipsum non licet. ] Junius ex missi Palat. legit, quibus id ipsum se inimicis esse oī.

8. Et plausus me usque ad Capitolium celebravit: in foroque & in ipso Capitolio. ] Alia est vulgi dilinctorum & plausus me usque ad Capit. celebravit. In foro & in ipso Capitolio.

9. Præter Mellalam & Afranum. ] Hæc est Victoria restitutio, coijs in antiquiori erat Afranum; unde, ut etiam ex historia conjectetur legendum Afranum, antea legebatur Geranum.

10. Cum emendat. ] Bolus lectionem Decūt. at vulgatæ præterit, hoc est pro eius excludendum curavit continue.

11. Renato rectando. ] Vulg. nomine in se extendendo.

12. Habui concionem: omnes magistratus. ] Quam, ex missi addit Virsus: habui concionem quænam omnes magistratus.

Pompejo postulantē negarunt, ille legatos quindecim cūm postularet, me principem nominavit; & ad omnia me alterum sī fore dixit. legem Consules conscriperunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentarii totū orbe terrarum daretur: i alteram Messius, qui omnis pecunia dat potestatē, & adjungit classē & exercitū, & magis imperium in provinciis, quā sit eorum, qui eas obtineant. illa nostra lex Consularis nunc modesta videtur, hac Messii non ferenda. Pompejus illam velle se dicit, familiares hanc Consulares, duce Favonio, frenunt; nos tamen, & ego magis, quod de domo nostra nihil adhuc Pontifices respondeant, qui si sustulerint religionem, aream præclaram habebimus; superficiem Consules ex s. c. astimabunt; si aliter, demolentur; suo nomine locabunt; rem totam astimabunt. Ita sunt res nostræ, ut in secundi, fluxa, ut in adversis, bona. In re familiaris valde sumus, ut scis, perturbati. præterea sunt quædam domestica, que litteris non committit. Quintum fratrem, insigni pietate, virtute, si de præditum, sic amo, ut debeo. Te exspecto & ovo, ut matures venire; eoque animo venias, ut me tuo consilio egere non sinas, alterius via quodam iniuriam ordinum. jam quidam, qui nos & absenteis defederunt, incipiunt prætentibus occulte irasci; aperte invidere, vehementer te requirimus.

## CICERO ATTICO, S.

**S**i fortioriū sibi à me, quā ceteris, litteræ reddundūt; peto à te, 3 ut id non modo negligenter mē, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etiū summa est, tamen nulla esse potest tenta, ut interrumpat iter amori nostri & officii mei. nam ut veni Romam, iterum nunc sum certior factus, esse, cui darem litteras. itaque has alteras dedi, prioribus tibi declaravi, adventus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent, ut in secundi, fluxa, ut in adversis, bona. Post illas duas litteras, secuta est summa contentio de domo. diximus apud Pontifices pridie KAL. Octobres, aetas res est accurate à nobis: 5 & si unquam in dicendo fecimus aliquid, aut etiam si unquam alias fuiimus, tum profectio & dolor & magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. 7 itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest: quam tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito. Cūm pontifices decesserint ita, **S**I NEQVE PLEBIS SCITV, QVI SE DEDICASSE DICERET, NOMINATIM EI RVI PRAEFECTVS ESSET, NEQVE POPVL VSSV, AVT PLEBIS SCITV ID FACERE IVSSVS ESSET; VIDERT, POSSE SINE RELIGIONE 9 RAM PARTEM AREAE MI RESTITV; mihi facta statim est gratulatio, 10 nemo enim dubitabat, quin dominus nobis esset adjudicata. tum subito ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit, nuntiat 11 inani populo,

Pontifices secundum se decrevisse; me autem vi conati in possessionem venire, hortatus, ut se, & Appium sequantes, & suam Libertatem ut defendant. hic cūm etiam illi infirmi partim admirarentur, partim irriderent homini amensiani; ego statueram illuc non accedere, nisi cūm Consulēs s. c. porticum Catuli restituendam locassent. KAL. Octob. habetur Senatus frequens, adhibentur omnes Pontifices, qui erant Senatorēs: à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus agitatus, quævit, quid essent in decernendo secuti, tum et M. Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, religionis iudicēs Pontifices fuissent, legis Senatum: se, & collegas suos de religione statuissent, in sensu de lege statutarios, quique horum, loco sententiam rogatus, multa secundum causam nostram disputavit, cūm ad Clodiu ventum est, apud diem confiserit: neque ei finis est factus: sed tamen, cūm horas tris ferē dixisset, odio & strepitu Senatus coactus est aliquando perorare, cūm fieret s. c. in sententia Marcellini; omnibus præter unum assentientibus, 33 Serranus intercessit, de intercessione statim ambo Consules referre cœperunt, cūm sententia gravissima dicerentur; Senatus placere, mihi domum restitui: porticum Catuli locari, auctoritatē ordinis ab omnibus magistratibus defendi: 14 si quæ vis esset facta, Senatum existimatorem, ejus opera factum esse, qui s. c. intercessisset; Serranus pertinuit; & Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit: abjecta toga, se ad generi pedes abjectit. ille noctem sibi postulavit: non concedebant, remiscebant enim KAL. Jan. 15 vix tamen sibi de mea voluntate concessum est, post die s. c. factum est id, quod ad te misi. deinde Consules porticum Catuli restituendam locarunt: illam porticum redemptores statim sunt demoliti libertissimi omnibus, nobis superficiem & dium Consules de consiliis sententia astimarunt & s. vices; cetera valde illiberanter; Tusculanam villam quingentis millibus; Formianum h-s decentis quinquaginta millibus: quæ astimatio non modo vehementer ab optimo quoque, sed etiam à plebe reprehenditur, dices, quid igitur cause fuit? dicunt illi quidem, pudorem meum; quod neque negarim, neque vehementius postularim. sed non est id, nam hoc quidem etiam profuisse, verum idem, mi T. Pomponi, idem in qua illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi primas incidenter, nolunt eandem renasceri: sed, ut spero, iam renascuntur. tu modo ad nos veni: quod vereor ne tardius interventu Varonis tui nostrique facias. Quoniam acta quæ sint, habes: de reliqua nostra cogitatione cognosc. Ego me à Pompejo legari ita sum passus, ut nulla te impediatur, 16 quod ne, si vellem, mihi esset integrum, aut, si comitis Censorum proximi Consules haberent, petere posse, aut votivam legationem sumissem 17 prope omnium fanorum, lucorum. sic enim

1. Alteram Messius. ] Vulgo Messinius. scribit autem ex numis Vrsinus, Messinius, notatque in quibusdam mſl. libri pro Messinius, legi hic Messiaka, & paulo post, haec non ferenda, sive nominis Messinius. Vf. fini lectio[n]em confirmant Manutius & Lambin. quorum hic restatur codex Memmianus habere, Messiada iste.

2. Absentia. ] Vulg. absentia.

3. Ut id non modo negligenter. ] Victorius alteram negationem addidit, hoc exemplo, ut id non modo non negligenter mes, quo pacto legitur in plerisque libris excusis: sed Bosius assertit ab omnibus suis antiquis absesse alterum, non.

4. Post illas duas distinxerit. ] In vulgata deest vox hæc linearis.

5. Si unquam. ] Vulgata unquam.

6. Dolor & magnitudo. ] Vulgo dolere magnitudo. Galilimus divinabat dolor & rei magnitudo.

7. Itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest. ] Restitutio hæc Victorio debetur: in cuius mſl. lxx. pnum exar. Itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest: idem etiam legi in Tornæf. assertit Lamb. cui hæc mendacio probatur. pnum legebatur. Itaque oratio juventuti nostræ deberi non potest. ]

8. NEQVE PLEBIS SCITV. ] Bosius ex Decurto & Tornæiano

repository, neque plebie scitum in quæ deditasse diceret; & mox, aut plebie scitum id facere sicut esse. vulg. PLEBIS CITO.

9. EAM partem areæ m̄ restituit. ] Sic in mſl. legi adnotat Vrfinus, ut fortasse ei videatur legendum, M. T. restituit.

10. Nemone dubitabat. ] Sic legi. Manut. vulg. dubitas.

11. Inam populi. ] Perspicue sic legebatur in Decurto, vulgatam autem lectio[n]em, iam populi, quæ etiam existat in Tornæiano, viciose altera Bosius.

12. M. Lucullus. ] M. deest in vulg.

13. Serranus. ] Serranus unicor. r. scribendum censet Vrfinus, licet inquit, in veteribus numis Ar[istote]lis gentis inveniatur, Serranus.

14. Si quæ vis esset facta. ] Iunius ex duobus mſl. Palatin. si quævis vulg. si quævis.

15. Vix tamen sibi. ] Sibi, delet Fa[ustus].

16. Quod ne si reken. ] Liber Tornæf. quid nisi reken: Scidz, quod ne si reken: quæ lectio[n]em sequitur Bosius. vulg. quin, si reken.

17. Prope omnium fanorum, lucorum. ] Sic legi debet ut est in Decurto, & Cœsulino, & vox, sarcina, si dem auctoribus delenda. Victorius restatur legi in mſl. prope omnium fanorum lectrum, in impressis autem codicibus prope omnium fanorum, & sarcina lectrum.

I. Nostra

enim i nostre rationes postulabant. sed volui meam postularem esse vel petendi, vel invenire aestate excundi: & interea me esse in oculis civium, de me optime meritorum, non alienum putavi. Ac forensium quidem retum hac nostra consilia sunt: domesticarum autem valde impedita. Domus xđificatur. scis, quo sumptu, quo molestia & relata. Formianum, quod ego nec relinquere possum, nec videre. Tusculanum proscripti: suburbano non facile carco. amicorum benignitas exhausta est in ea re, quo nihil habuit prius dedecus: quod sensisti tu absens, praesentes, quorum studii ego, & copias, si esset per meos defensores licet, facile essent omnia confectus: quo in genere nunc vehementer laboratur. Cetera, quo me sollicitant, p̄suasione regi sunt, amamus à fratre, & à filio. te expectamus.

## CICERO ATTICO. S.

**H**AVERE tecum scio, & cum scire, quid hic agatur, & tum me à me scire; non quo certiora sint ea, qua in oculis omnium geruntur, si à me scribantur, quam cum ab aliis aut scribuntur tibi, aut nuntiantur; verum ut per spicias ex meis litteris, 8 quo animo ea feram, qua geruntur: & qui sit hoc tempore aut mentis mea lensus, aut omnino viri status. Armatis hominibus ante diem tertium NOV. Novemb. expulsi sunt fabri de area nostra, disturbata porticus Caruli, quæ ex s. c. Consul locatio reficeretur. & ad tētum pñne pñvererat. Quinti fratris domus primò fracta conjecta lapidum ex area nostra, deinde inflammata iussu Clodii, in pñstante urbe, conjectis ignibus, magna querela & gemitu, non dicam bonorum omnium, qui, nescio, an ulli sint, sed plane hominum omnium illi 9 vehemens ruere: 10 post hunc fuorem nihil nisi caedem inimicorum cogitare; vicatim ambit, servis aperte spei libertatis ostendere, etenim antea, cum 11 judicium nolebat, habebat ille quidem difficilem, 12 manifestamque causam, sed tamen causam: id poterat infiniti; poterat in alios derivare; poterat etiam aliquid iure factum defendere. post has ruinas, incendia, rapinas, desertus à sū, vix jam de:imum designatorem, vix Gellium retinet: servorum consilii utitur; videt, si omnes, quos

vult, palam occiderit, nihil suam causam difficultorem, quam adhuc sit, in iudicio futuram, itaque ante diem tertium Idus Novemb. 13 cum sacra via decenderem, infecutus est me cum suis. clamor, lapides, fustes, gladii, hæc improvisa omnia, discessimus in vestibulum 14 Tetti Damionis, qui erant mecum, facile operas adiu prohibuerunt. ipse occidi potuit. sed ego dura curari inclpio: chirurgia radet, ille omnium vocibus cum se non adjudicium, sed ad supplicium præsens 15 trudi videret, omnes Catilinas, Acidinos postea reddidit. nam 16 Milonius domum, eam que Germalo, pridie Idus Novemb. expugnare & incendere ita conatus es, ut palam hora v. cum iicutis homines, eductis gladiis, alios cum accensus facibus adduxerit. ipse domum P. Sulla pro castris sibi ad eam impugnationem sumserat, tum ex Anniana Milonius domo 17 Q. Flaccus eduxit viros acieis; occidit homines ex omni latrocino Clodiano notissimos: ipsum cupivit, 18 sed illa se interiora in adiunctum Sulla se. in senatu postridie Idus ( domi Clodius ) egregius Marcellinus, omnes acres. Metellus calumnia dicendi tempus exemit, adjuvante 19 Oppio, etiam hercule familiari tuo; 20 de cuius constantia, invita tua verissima littera. Se sius fure, ille postea, si comitia sua non fierent, urbi minari proposita Marcellini sententia, quam ille de scripto ita dixerat, ut totam nostram causam arex, incendorum, periculi mei, iudicio complectetur, eaque omnia comitiales anteferret: proscripti, te per omnes dies comitiales de calo servaturum, conciones turbulenta Metelli, temeraria Appii, futilissima Publpii. hæc tamen summa; nisi 21 Milo in campum obnuntiasset, comitia futura, ante diem XI. Kal. Decemb. 22 Milo media nocte cum magna manu in campum venit. Clodius, cum haberet fugitorum 23 delectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permanxit ad meridiem mitifica hominum latitia, summa cum gloria, contentio fratum trium turpis, fracta vis, contemptus furor. Metellus tamen posulat, ut sibi postero die in foro obnuntietur; nihil esse, quod in campum nocte veniretur: se hora prima in comitio fore, itaque 24 ante diem XI. Kal. in comitium Milo de nocte

III

venit.

1. Nostre rationes. Ex glossatore addicatum fuerat in vulgato, nullum est quod recte abserat à Decurto.
2. Reputans. Vulgo reputo.
3. Quod possit in aliis & præstare.) Doseste videtur Vrino verbum, conferto ut integræ lectio sit, praesentes sensere ii. Bosius autem nihil addendum putat 2000 1918, senserat.
4. Filiis. Vulg. filia.
5. Hoc est tenetis filia.) Debet hic provocabulum te, quod ex Dec. & Cris. restituit Bos. vulg. aera.
6. Cum fuit. Vulg. cum fuit.
7. Tum me atra. Miser, quod auctoribus Dec. & Cris. reposuit Bos. ut etiam ex Torni Lamb. dedit in vulg.
8. Que animo; Vulg. quibus modo.
9. Vehemens retro.) Memori cod. sic habere ut & eos quibus usus est Mal. & Torni. tellatur Lamb. non ut vulgari fuisse.
10. Post haec forsan. J. Vulg. post haec forsan.
11. Indictio sublat. Sic habere lures veteres omnes tellatur Lamb. cui Man. lectio sublat. non improbaratur, sed tamen conjicit legendum, p̄stulat.
12. Manifestaque causam.) Pantag. corrigit, immensus flamme.
13. Confacta via desiderem. J. Hanc esse omnium antiquorum ex cultorumque codicum lectionem, Aldino excepto, qui desiderat habebit tellus: & Crispinum lectionem conjectura sic emendaverat Lambinus, quam postea Mummi. cod. & Torni. auftoritate reperit confirmatam.
14. Tetti Damionis.) Vulg. M. Tetti Damionis.
15. Todi. videtur. J. Videlicet acutus omnes vel codices habuisse, videtur, unde Pantag. conjicit legendum, p̄stulat.
16. Milobus dominus tam que Germalo. Hæc est conjectura Torni, quam veritatem putat Bos. adiutorisque eius antiqua lectione Decurto quoniam depravata, quæ si te habet, Geranus Vulgo legebatur m̄ Crasic, vel in Crasic, sed præpositionem in, neque Cavalic liber habet neque Bellar. Crasic autem utequer, sed quid fibi velit hæc vox, liberat Man. conjicitque legendum in Germalo, qui eam legunt sicutum a-

- tranque in Germalo: Malasp. legebatur in Crasic. Lambinus. deum eam que in Germalo.
17. Q. Placere eduxit rivot acie: occidit homines.) Fulviani m̄f. habent. Q. F. &c. ac tria occidit homines.
18. Sed illa se interiora in adiunctum Sulla se. In Senatu postridie Idus ( domi Clodius ) egregius Marcellinus, omnes acres. 1] Repulit Bosius ex fide Decurto, ille pro id est; & interiora in adiunctum, pro interiora adiunctum, & Sulla se, pro Sulla se. Cavalic liber, ille ex interiora adiunctum filia se. Bellar. onis, id interiora adiunctum filia se & tellanturque viri docti, verbum addidit, in nullo veterum librorum repertum, unde conjecta. 2] Ille se in interiora adiunctum Syllo: ut subiunctus p̄cipiat, vel aliquid, quod probatur Lamb. Pautag. legebatur, sed ille exīt remota fidei adiunctum Syllo. In Senatu postridie Idus ( domi Clodius ) sum. nisi. Palatinor. omnium quos videre contigit optimum, si habere refutat: sed ille ex interiora adiunctum propositus. Sulla se. Senator postridie, &c. indeque conjecta legendum, sed ille se interiora addidit. Idibus postridie. Sulla in sensum postridie Idus ( domi Clodius ) egregius Marcellinus, &c. vulgo sic legitur, sed ille se in interiora parvum adiunctum addidit. Sulla se in sensum postridie Id. dum Clodius egregius Marcellinus omnes acres.
19. Oppo. I. Potius credidit Man. legendum Appio.
20. Dece in confacta iusta ut verissima littera.) Sic excedendum curavit Bos. ex Dec. Faen. emendat, de cuius confacta iusta ut verissima littera, &c. Pantag. nouum locum ad hunc modum legit. caput ex confacta iusta ut verissima littera fratri sacerdoti sit postulat, & vulg. de cuius confacta iusta ut verissima littera.
21. Milobus campum elunus iste.) Fulv. legit in campo vulgari illi, Milobus C. Apoll. chamales.
22. Milo media nocte.) Vulg. Milo ante medianum nititum.
23. Dilat. respici.) Placere Vrino ut legatur delectus pro delecto. Videlicet quoque Lamb. sed delectus resisteret.
24. Ante diem XI. Kal. post Kalend. additur in vulg. Januar. quam vobis in Dec non reperit Bosius, & adulterinam esse jambiduum docuit Man.

venit. Metellus cum prima luce fuitim in campum in  
teribus prope deviis cuirebat: assequitur inter lucos ho-  
minem Milo; obnuntiat ille se recepit, magno & turpi  
Q. Flacci convicio, ante diem x, KAL. nundinae, concio  
bidus nulla, ante diem v iiii, huc ego scribebam, hora  
noctis nona. Milo campum jam ten-bat Marcellus  
candidatus ita stetebat, ut ego vicinus audirem. Clo-  
dii vestibulum vacuum sanè mihi nuntiabatur. i paucis  
gannois linea lanterna, meo consilio omnia illi fieri  
querebantur, ignari quantum in illo herce esset animi,  
quantum etiam consilii miranda virtus est, nova quaz-  
dam divina mitto, sed hæc summa est. comitia fore non  
arbitror. 2 reum Publium, nisi ante occisus erit, fore à  
Milone puto. 3 si leuit in urbe jam obtulerit, occisum in  
ab ipso Milone video. non dubitat facere; pra se fert;  
casum illum nostrum non extimebit. numquam enim  
cujusquam invidi, & perdi consilio est us: nec inert  
nobis crediturus. Nos animo duntaxat vigemus, etiam  
magis, quam cum florebamus: re familiari communici  
suimus, 4 Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus  
nostris, ne omnino exhaustus esist, illo recufante, subli-  
diis amicorum respondemus. quid consilii de omni  
nostro statu capiamus, te absente nescimus. quare ap-  
propera.

CICERO ATTICO, S.

bam, recordans superioris et tua transmissionis diuersitatem, sed nisi fallor, ciuitate, quam scripsi videbo, credo enim te putasse, tuas mulieres in Apulia esse: quod cum secus exit, quid te Apulia moretur? nam Vestorio dandi sunt dies, & ille Latinus 12. Atticorum 13. ex intervallo regundus. Quintu huc advolas, 13. & invallis illius nostre Reip. germina? ne pura, vide, nummis ante comitiam tributum uno loco divisum, palam inde absolutum Gabinium, deuter esse valiturum. De Messalla quod queris; quid scribam nescio; 14. numquam ego vidi tam paes candidatos. Messallæ copias nostri. Sciarum Tritius reuicit. si queris, nulla est magnopere commota 15. orationis, sed tamen habet & dilitas ejus memoriam nos ingravat; & est pondus apud rusticos 16. in partu memoria, reliqui duo plebejii sic exquantur, ut Domitius valcat a mœvis, adjuretur tamen non gratissimo munere; Memmius Cesarii commendetur militibus, Pompeji Gallia nigratur, quibus si non validerit, putant fore aliquem, qui comitia in adventum Cesarii detinatur, Catone praefectum, absoluto. Ab Quinto fratre, & à Cesare accepi A. D. xxi. Kalend. Novemb. litteras, confecta Britannia, oblidibus acceptis, nulla prædicta, imperata tamen petunia, 17. data a littoribus Britannis, proximo A. D. vi. Kalend. Octob. exercitum Britannia reportabant. Q. Filius erat jam ad Cesarem profectus. Tu, si aut amor in te est nostri, ac tuorum, aut ulla varietas, aut si etiam sapi, ac frui tuis commodis cogitas, adventare & prope adessi jam debes. non mehercule æque animo te caro, te autem quid mirum, qui Dionylium tantopere desiderem? quem quidem abs te, cum dies veniat, & ego, & Cicerio meus flagitabit. Abs te proximas litteras habebam, Ephebo A. D. v. Id. Sext. data.

## CICERO ATTICO, S.

ULLO texstissimare, me, nunc oblitum consuetudinis & instituti mei, ratus ad te scribere, quæm solebam: sed, cum loca & itineris tua nihil habere certi video, neque in Epirum, neque Athenas, neque in Asiam, neque cuiquam, nisi ad te ipsum proficisciensi, dedi litteras 18. neque enim sunt ex epistole nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos-offensura sit: quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne libralis quidem ferè commitamus. 19. Lepidum quo exedar; Confinis flagrant infamia, quod C. Memmius candidatus palliolum in senatu recitavit, quam ipse & suus competitor Domitius cum coniunctis.

libus

1. Non nisi triumphare. Bessar liber, non triumphaturus.
2. Maximi urbis melibus. Lamb. cestatus veterem codicem habere, minus, sed quia vacas, exputare non prestiti, lam. legit. meritis me prie misse.
3. Interfici. Vulg. scrupulam.
4. Falsum latentes. Vt enim hanc formam dicit Lamb.
5. Tertius omittit. Si habens Bessar. & Ceval. antiqui libri, certe Mancus probatur hinc lector. Vulg. trivitis, omittit.
6. Quæstatio si res Romanas. Decursum lectionem Bos. edidit. Iun. ex conjectura quid laborabat res Romanas. Vulg. ad quid laboravimus res Romanas.
7. C. Decimus. Rep. suis Man. & Diuinus, ut Cavali. Ferri & Bessar. habent.
8. Ut iam scire, & tam longe abes. ] Vixit hanc lectionem Bos. veretur nisi confirmat. Vulg. non tuies & tam longe abesse.
9. Unum valde. Torn. Ante vocem, unum, hoc amplius habebat, sed quod dicit ianuus 3. quæ verba & glossimata quodam inanarunt.
10. Esplitemur. Vulg. refutemur.
11. Tu transmissione diffites. ) Græcum hoc vocabulum decit in Vulg.
12. Atticorum 13. Atticismus, sive orationis logos.
13. Et in oratione nostra recipit publice germina. Bos. hoc est restitutio. Tercio genere. Decurso gerina, inde conjectit germina. Lamb. vero edendum erat. & in oratione nostra recipit. Zeggerdeus. Pisi. viderumunt?

14. Numquid ignoras. Ergo dicit in Vulg.
15. Zephaloës. ) Conscientis naturæ, convenientia five coniunctio terunt.
16. La parva memoria. ) Vulg. in patru memoriam.
17. Data a littoribus Britannis, proxima A. D. VI Kalend. I vulg. data a littoribus Britannis proxima ad VI. Kalend.
18. Neque enim suis est. Pol. verbum. Iun. Decur. addit. vocem, & que in vulg. desiderarent, quod etiam Lamb. videt.
19. Lepidum quo exedar. ] In Bos. omnis littera mutatione, ex Decur. conject. in quo s'cebat exedar. Codices Torn. Cris. & Horat. nihil hic a fieri. Torn. vulgat. lepidum quo exedar. Bessar. liber exedar. Elementans, ac vobis quod exedar, proprius à receptu scriptura abire velle. Vt in vulgatam lectionem ex msi. Palliequitur Iun. lepidum quo exedar.

libus fecissent, uti ambo h. s quadragena consulibus darent, si essent ipsi consules facti, nisi trii Augures deditent, qui se adūisse dicerent, cum lex Curia ferretur, qua lata non esset, & duo consulares, qui se dicerebant in ormandis provinciis consularibus scribendo adfuisse, cùm omnino ne senatus quidem 2 fuisse. hæc pæctio non verbis, sed nominibus & prescriptionibus, multorum tabulis cum esse facta diceretur, prolata à Memmio est nominibus induxit, auctore Pompejo. hic Appius erat idem. nihil sane factura. corrugerat alter, & planè, inquam, jacebat. Memmius autem, directa coitione invito Calvino, planè retrixerat, & eo magis nunc cogi *āxndēta*, tum fluere justitio, & omnium rerum licentia. Perspicere aequitatem animi mei & ludum, & contemptioneum 4 Selianæ provinciæ, & mehercule cum Cæsare suavissi-

mam conjunctionem (hæc enim me una ex hoc naufragio *tabula delectat*) qui quidem Quintum meum, tuumque, dii boni! quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia? non fecus, ac si ego essem imperator. hibernam legionem eligendi optio delata commodum, ut ad me scribit. hunc tu non ames? quem igitur istorum? Sed heus tu, scriperamne tibi me esse legatum Pompejo? & extra urbem quidem fore ex Idib. Ianuar. 7 vifur. et hoc mihi ad multa quadrare. sed quid plura? coram, opinor, reliqua; ut tu tamen aliquid expesces. Dionysio plurimam, salutem: cui quidem ego non modo servavi, sed etiam ædificavi locum. quid queris? ad summam latitudinem quam ex tuo reditu capio, 5 magnus illius adventus cumulus accedit. quo die ad me venies, 6 tu, si me amas, apud me cum tuis maneat.

1. Et duo Consulares.) Vulg. & duo Consulares.

2. Fuisse.) Vulg. affuisse.

3. Et es unne magis cogi *āxndēta*, tum fluere justitio & omnium rerum licentia.) Locum hunc dentia caligine offuscatum illustravit Boësius. Tornæianus habebat, & es magis nunc cogi abdicatum fluere: Decurritus, & se magis nunc cogi abdicatum fluere. Alii legunt regi-  
tare dilectum. Iunius legit, & et magis nunc cogi abdicatum, fovere que-

ficit, &c.

4. Silianæ provinciæ, & mehercule.) Suorum mss. scripturam Boësius edidit, quod etiam adnotarunt Germani in margine sui codicis: vulg. Silianæ provinciæ, & mehercule.

5. Magnus illius adventus.) Vulg. magnus ex illius adventu.

6. Tu si me amas.) Antiquus liber, ut si me amas: ex quo Faænus, si me amas, aprius putat. Vrinius, utique si me amas.

# M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER QUINTUS, AD ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.

**G**o vero & tuum in discessu vidi animum, & meo sum ipse testis: quo magis erit tibi videndum, ne quid novi discernatur; ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annum. De Anno Saturnino curasti probè. De satisando vero te rogo, quoad eris Romæ, tu ut satisdes. & sunt aliquot satisdationes secundum mancipium, in his & Memmianorum prædiorum, vel Attianorum. De Oppio factum est ut volui, & maximè quod deccc. aperuit: quæ quidem ego unique vel

versura facta solvi volo; ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur. Nunc venio ad transversum illum extreme epistolæ tuæ versiculup, in quo me admones de sorore, quæ res se sic habet. Ut veni 2 in Arpinas, cùm ad me frater venisset, in primis nobis sermo, isque multis, de te fuit: 3 ex quo veni ad ea, quæ fueramus ego, & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti, nihil tam vidi mira, nihil tam placatum, quātum meus frater erat in sororem tuam; ut etiam si quæ fuerat 4 ex ratione sumpta offensio, 5 non appareret. illo sic die, postridie ex Arpinati profecti sumus, ut in Arcano Quintus maneret, dies fecit: ego Aquini, sed prandimus in Arcano. nosti hunc fundum, quod, ut venimus

**Q**uid DCCC. aprius. Hunc numerum auxit Vift. ex antiquo suo Codice, quum prius legeretur CCC. Germani vero pro, aprius, ad promissi, legunt, sed nihil mutare volunt Vift. quod nullam varietatem in mss. inveniunt.

2. In Arpinas.) Ita codicem Torn. habere dicit Lamb. vulg. Arpi-

nam.

3. Ex Tho. veni.) Vulg. ex quo regi-ty.

4. Ex ratione sumpta offensio.) Eandem lectionem in cunctis mss. libris inveniunt V. & ita nihil mutat. Germani tamen in margine sui libri, ex ratione sumpta, adnotarunt. Feil. ex ms. libro qui habet ex ratio-nes conjectur forte legendum ex re.

5. Non appetere illo se die, postridie.) Iunius ex duebus mss. Pa-

latin. alter & legit & distinguunt, nempe, non appetere illo se postri-

die, &c.

Ego

wus, humanissimè Quintus, Pomponia, inquit, tu invita mulieres, & ego arcivero pueros. nihil potuit, mihi quidem ut vīsum est, dulcius, idque cum verbis, tum etiam animo, ac vultu, atilla, audientibus nobis, ego sum, inquit, hic hospita. id autem ex eo, ut opinor, quod antecelerat Statius, & ut prandium nobis videret. tum Quintus, ep., inquit, mihi, haec ego pastor quotidie dices, quid, quādo, istuc erat? magnū; itaque me ipsum commoverat: sic absurdē & asperē verbis vultuque responderat. dissimulavi dolens. discubuimus omnes praeter illam: cui tamen Quintus de mensa misit: illa rejet, quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil aperius tua sorore mihi vīsum est. & multa pratereo, quā cum mihi majori stomacho, quam ipsi Quinto, fuerant. ego inde Aquinum; Quintus in Arcane remansit, & Aquinum ad me postridie mane venit: mihi que narravit, nec secum illam dormire voluisse: & cūm discellula esset, fusse ejusmodi, qualem ego vidisse. quid quaris? vel ipsi hoc dicas licet, humanissimum ei, meo iudicio, illo die defuisse. Hac ad te scripsi fortasse pluribus, quām necesse fuit, ut vides tuas quoque esse partes in iunctuendi & monendi. Reliquum est, ut ante, quām proficisciare, mandata nostra exhaustias; scribas ad me omnia; Pontinum extradas; cum profectus es, cures, ut sciām. sic habeas, nihil ne Hercule te mihi nec carius esse, nec suavius. A. Torquatum amantissimē dimidi Minturnis, optimū virum: cui we ad te scripsi aliiquid, in sermone significies velim.

## CICERO ATTICO, S.

A. D. vi. Idib. Mai. cūm has dabam litteras, ex Pompeiano proficisciabar, ut eo die manerem in Trebulano apud Pontium, deinde cogitabam sine ultra mora iusta iuncta facere. In Cumano cūm esse, venit ad me, quod mihi pergratum fuit, noster Hortensius: cui depōcenti mea mandata, cetera universē mandavi; illud propriè, ne patetur, quantum esset in ipso, & prorogari nobis provincias, in quo eum tu velim confirmare, gratumque mihi fecisse dicas, quid & veneris d me, & hoc mihi, prætereaque si quid opus esset, promiserit. confirmavi ad eam causam etiam Furnium nostrum; quem ad annum Tribunum plebis videbam fore. Habuius in Cumano quālī pūfūlā Romā: tanta erat in his locis multiudo; cūm interiu Rūfio noster, quod se à Victorio obseruare videbat, statagmate hominem percussit: nam ad me non accessit, itane? cūm Hortensius veniret, & infirmus, & tam longe, & Hortensius, cūm maxima præterea mul-

titudo, ille non venit? non, inquam, non vidisti igitur hominem, inquires? qui potui non videre, cūm per emporium Puteolanorum iter ficerem? in quo illum, agentem aliquid, credo, salutavi, & postea iam jussi valere, & cūr me expensi? sua villa, numquid velle, rogasset, hunc hominem parum gratum quisquam patet? aut non in eo ipso laudandum, quid audiri non laborari? Sed redeo ad illud. Noli putare mihi aliam consolationem esse hujus ingentis molestiæ, nisi quid spero, non longiorenam annū fore. hoc me iste velle multi non credunt, ex consuetudine aliorum, tu, qui scis, omnem diligentiam adhibebi, tum scilicet, cūm id agi debebit. Cūm ex Epis redieris, de republica scribas ad me velim, si quid erit, & quod operari. nondum enim satis hic erat allatum, quomodo Casar ferret de auctoritate per scripta: etatque rumor de Transpadanis, & eos iustos vi. viros creare, quod si ita est, magnos metus timeo, sed aliquid ex Pompejosciam.

## CICERO ATTICO, S.

A. D. vi. Id. Mai. veni in Trebulanum ad Pontium. Ibi mihi tua littera binz redditæ sunt tertio ab te die: codem autem 10 ex Panis Pompejanæ Philotimo deram ad te litteras, nec verò nunc erat sanè, 11 quod scriberem. Qui de republica rumores, scribi quæso, in oppidis enim summum video timorem; sed multa inania, quid de iis cogites, & quando, scire velim. Ad quas litteras tibi rescribi velis, noscio. nullas enim adhuc acceperam, præter qua 12 mihi binz semel in Trebulano redditæ sunt: quartum altera edictum P. Licinii habebant, erant autem Non. Mai. datæ, & altera rescripta ad meas Minturnenses. quam vereor, ne quid fuerit ~~errato~~ in iis, quas non accepi quibus rescribivis. 13 A. apud Lentulum ponam te in gratiam. Dionyfius nobis cordi est. Nicantor tuus operam mihi dat egregiam. Jam deest, quod scribam; & lucet. 14 Beneventum cognabam hodie, nostra continentia, & indulgentia 15 esse iatisciemus. satis, 16 A. Pontio, ex Trebulano A. D. v. Id. Mai.

## CICERO ATTICO, S.

BENEVENTUM veni A. D. v. Id. Mai. ibi accepi eas litteras, quas tu superioribus litteris, significaveras te dedisse: ad quas ego ipse eo die dederam ex Trebulano 17 L. Pontio. ac binas quidem tuas Ben-

neventi

1. Exscriptus.) Ita libris veteres sequuntur emendat Lambinus pro actis.

2. Ut prandium nobis videret.) Victorius cum antiquis exemplariis ita scripsit.

3. Quod quād iſuerat?) Quād, pro, quād, repousit Manutius.

4. Peccati: nobis p̄missiū: iā) Rectius Vrſino videtur quod eit in antiquo p̄missum.

5. Si cūm longe: Hortensius.) Ita & Lamb. & Bosius legunt; quibus aut p̄lazat Decaturus: vulgo, cūm longe Hortensius quod Fūcatus, cūm capitulo hoc alterum, Hortensius, desebat.

6. Peccati: p̄missiū: iā) Vulg. p̄missiū iā.

7. Cum ne capite ē ſua villa.) Ita Decatur. addita tamē, & prepositio aliena ut manū, quam lectionem veram germanaque efficit Lambinus: Bosius non videns, quid significet, reprobavit, dubius conjectit, & Panis ſua villa. Ceterum quod vulgo legunt, & Panis ſua villa, ita ſe corus illa Manutius. ex Cavalc. libro, in quo era E prope villa. idem Manutius, & Moretus cīmū concurrerunt, excusū ē ſua villa, quod Lambinus non librum in eis litteris habet scribit. & nimis obsequens istud! Victorius quoque improbante Lambino, ex conjectura reprobat, ut ſcripſit ē ſua villa. Turnebus libro xxxvii. cap. 27. sicut & respectū ſua villa.

8. Quid operari.) Oderire est in quo mī. Fulvii pro operanti.

9. Etū iſuffit. 1111 p̄missiū.) Ex veteribus libris ita ſcripsit Victorius, ante legebatur, etū iſuffit ſua villa.

10. Ex Panis Pompejanæ.) Ita quidam fecerunt, ex Panis Pompejanæ, ex ſcriptura mī ſequuntur quod habent exp̄eſe Pompejanæ, quam ſcrip- tūrā tamē ut probam ex uno mī. Palat. arripi Ianius; vulgo ab eius vocabulū illud, Panis. Lambinus sit quodam libros plane habere excusū ē Panis, quos ſe iatit.

11. Quid ſcriberem. Et hic & inſra in vulgatis editionibus, legitur, quid.

12. Mī ſua ſemel.) Verbum, ſimile, teſte Vrſino deleatum eft in libro emendato à doct ſtimo viro; pſe verò libenter reponeret, ſimile pro ſemel.

13. Apud Lemulus p̄missiū.) Hac eft Victorius emendatio, ex antiquo ſi luo coē: p̄missiū erat, Lemulus p̄missiū ſe iatit.

14. Beneventum cog tabam.) Ita Bosius ex compendiosa ſcriptura Degtut. Benevent non Beneventi, ut vulgus.

15. Etū ſat facilius, ſat.) Bosius ex suis codd. ita legit, niſi quod p̄t ſat facilius, 11 dēcō ſat yūp̄lū addit ſunus ut lectionem hanc probat, ita & diſtinctiōnem improbat: Vulg. & diligentiſ ſat facilius ſat.

16. A. Panis.) Vrſini mī. in L. Pentii.

17. L. Peccati.) Vulg. & Pentii.

1. P. 1.

meventi accepi. quarum alteras i Funisulanus multo mane mihi deo<sup>t</sup>, alteras scriba Tullius. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo, & maximo 2 mandatu. sed tua profectio spem meam debilitat. 3 ac me ille : il luc quidem labar, non quo; sed *mopia cognitorum eo contenti esse*. De illo altero, quem scribis tibi vifsum esse non alienum, & vereor adduci ut nostro possit; & ut vis, s. *duodexyra*, esset quidem summe facilis: sed tu aberis, 6 & me absente res, 7 habebis mei rationem. nam posset aliquid, si utervis nostrum adesset, 8 agente Servilio, Servio fieri probabile. nunc, 9 si jam res placeat, agendi tamen viam non video. Nunc venio ad illam epistolam, quam accepi à Tullio. De Marcello, fecisti diligenter, igitur s. c. si erit factum, scribes ad me fin minus, rem tamen conficies. mihi enim attribui oportebit, item Bibulo. sed non dubito, quin s. c. expeditum sit, in quo praesertim sit compendium populi. 9 Torquato, probe. De Masone, & Ligure, cum venerint. De illo, quod Chazippus: (quoniam hic quoque 10 *metropolitana* sustulisti) provincia! etiamne hic mihi curandus est? curandus autem? haec tenus, 11 ne quid ad senatum, consule, aut numero, nam de ceteris. Sed tamen commode, quod cùm Scrofa. De Pomino, recte scribis. est enim ita, ut si ante Kal. Jun. Brundisi fuisse sit, minus urgendi fuerint M. Annus, & Tullius. Quia de Sicilio audisti, ex mihi probantur: modò ne illa exceptio in aliquem incurrit: bene de nobis meritum. sed considerabimus, rem enim probo. Denostro itinere, quod statuero. De quinque praefectis, quid Pompejus facturus sit, cum ex ipso cognoro, faciam, ut scias. De Oppio bene curasti, quod ei DCC. exposuisti: idque, quoniam Philotimum habes, perfice, 12 & cognoscere rationem: & ut agam amplius, si me amas, prius quām proficisci caris, effice. magna me cura levaris. Habet ad omnia. eti pñne præterii chartam tibi decesserit: 13 mera captio est; siquidem ejus in opia minus multa ad me scribis, tu vero aufer 14 ducentos. eti meam in eo parfisionam hujus paginæ contractio significat, dum acta & rumores velet. jam, si qua certa habes de Cesare, exspecto litteras; & alias Pomino de omnibus rebus diligenter dabis.

## CICERO ATTICO, S.

**S** PLANUS decit quod scribam. nam nec, quid mandem. 15 habeo nihil enim prætermissum est: nec quid narrerem. novi enim nihil: nec *jocans* locus est; ita me multa sollicitant. tantum tamen scito. Idibus Mai. nos Venusia mane proficisci eis has dedisse. eo autem die credo aliquid actum in senatu, sequuntur igitur nos tuæ litteræ,

1. *Funisulanus.* *F*uisulanus vulg.2. *Mandato.* *V*ulg. *mandata*.

3. Ac me illud quidem labar. quod plant geminum legitur in illi. Pal. unde Iun. pro me, reponeris n. , legit , ac ne illud quidem labar. Panthagath. legebat. Mares illud quidem labar. Man. vero ex Bessarib. in quo scriptum vidit. ac me illud quidem labar, corrigeendum putat. ac ne illud quidem labar quæ correcito pro vulgaritate receptione est. Turnebd. cas 29 finge ac me illud non que, &c. qui addeut.

4. Vero adduci ut noster posse. & utvis, s. *duo* *duo* *pro* *opus*, effe quidem summe facili. Hac est Decur. lectio, cuius potesta pars corrupè legitur in Crat. Huralt. & Torn. effe quidem sum facile. Beflat. liber. Equidem sum facili, quod interpretari conatur Man. Vulg. vero, adduci ut noster posse & vero *duo* *duo* *pro* *opus* *metropolitana*. Lamb. totum hoc ita legit, & vero adduci ut noster posse ad *metropolitana*. Et tunc *duo* *duo* *pro* *opus* *opus* *metropolitana*. Turn. d. loco, pro & tunc, reponit, & tu d. d. s. effe.

5. *Dux* *dixi* *yra* *wat*) Difficile dijudicatu.

6. Et me absente res. Omnes Besii codd. ita habebant, vulg. &amp; me absente res.

7. Habebis mei rationem. Partim ita legit quidam codd. Bessarib. partim miracionum. hac in suis libris nota sunt etiam alti Man. & Escrib. teste Vick. qui inde conjiciebat legendum > & me absente mei habebis ratio-

qubus non modò res omneis, sed etiam tumores cogitamus, eas accipiemus Brundisi. ibi enim Pontinum ad eam diem, quam tu scripsisti, expectare consilium est. Nos Tarenti, quos cum Pompejo 12. ab eis de republ. habuerimus, et si id ipsum scire cupio, quod ad tempus te ad te scribere possum, id est, quād dñs Roma futurus sis; Sed ante quam proficisci, utique explicatum sit illud & s. xx & DCCC. hoc velim in maximis rebus & maximè necessariis habeas; ut, quod auctore te velle coepi, adjutorie assequar.

## CICERO ATTICO, S.

**T**ARENTUM veni A. D. xv. Kal. Jun. Quid Ponti. Num statueram expectare, commodissimum duxi dies eos, quod ille veniret, cum Pompejo consumere; eoque magis, quod ei gratum esse id videbam; qui etiam à me petierit, ut secum, & apud te effem quotidie: quod concessilenter, multos enim eius präclaros de republ. sermones accipiam; instruam etiam consilii idoneis ad hoc nostrum negotium. Sed ad te brevior jā in scribendo incipio fieri, dubitans Romam ne sis, an jam profectus. quod tamen quoad ignorabo, scribam aliquid potius, quām committam, ut, tibi cū possint reddi à me litteræ, non reddantur. nec tamen jam habebo, quid aut mandem tibi, aut narrēm. mandavi omnia, quā quidem tu, ut poilicisis, exhaustis; narrabo, cūm aliquid habeo novi. illud tamen non desinam, 16 dum adesse te putabo, de Cesare nomine rogare, ut confessum relinqua, avide exspecto tuas litteras, & maximè, ut norim tempus protectionistua.

## CICERO ATTICO, S.

**Q**UOTIDIE, vel potius in dies singulos brevioreis litteras ad te mittō. quotidie enim iy magis suscipio te in Epirum jam profectum. sed tamen, ut mandatis scias me curasse; quor ante, ait se Pompejus 18 quinos praefectos delaturum, novos, vacationes, judicariam causam. Ego cū triduum cum Pompejo, & apud Pompejum suscipebam Brundisium A. D. 19 XIIII. Kal. Junias, civem illum egregium relinquerebam, & ad hæc, qui timentur, propulsanda paratissimum. Tuas litteras exspectabo, cum ut, quid agas, tum, ubi sis, sciam,

## CICERO ATTICO, S.

**M**EL incomoda validudo, qua jam emerseram, n. potècum sine febi laborarem, & Pontini exspectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duodecimum jam diem Brundisi. sed cursum exspectabamus. tu si modò es Roma, (vix enim puto) si es, hoc vehementer animadvertis velim. 20 Roma accepiteram litteras, Milonem

## not.

8. Agere Serviliis Servi. Ita veteres libros habere testatur Man. sed distinctionem incesiori ut duo fini servilius, & servius Lamb. reponit, Servi servilius pñ vulg. abeit illud servio.

9. Si jam ver pñ plater. ) Vulg. tamen.

10. Προστόπια. ) Assensum.

11. Ne quid ad senatum, consule, aut nomina.) Discreta duos mis. Pal. habere dicit. Iun. sequitur ad senatum, Consulē aut Pr. alterum egregiè interpretatur d. loco Turn.

12. Et cognoscit. ) Sic distinguere mis. Pal. duos & recte sit Iun. & 13. genit. rationis, & ut agam amplius fid. & t.

13. Mera capio s. ) Hæc est Dec. Torn. Memm. Huralt. &amp; Mal. codic. cum lectio vulg. metauis est.

14. Duxit. ) Non mutavit receptionem Bo. quamquam in Dec. hoc nomen erat in litteris ut foras Cicero scripsit, duxit, quæ pacto legit Lamb.

15. Mori enim nihil. ) Sic emendavit Man. ex veteribus libris legibus, nisi enim mihi. Ferti libertate, quid narrēm, aut. Econtra mihi.

16. Dum adesse te. ) Te abest à recepta lectione.

17. Magi suppos. ) Magi ac magi suppos, vñtrum in vulgaris libris.

18. Quibus praefat. ) Et hæc correcito à Victor. antea legebatur, dimptia dicit ones, qui nos.

19. XIII Kal. Vulg. ATU.

20. Roma accederam. Vulg. Roma.

L. Emper.

gilonem meum queri per litteras injuriam meam, quod Philotimus locutus esset in bonis suis. id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia; quem & amicissimum Miloni perspiceram, & talem virum, quem tu judicas, cognoram. ejus autem consilium, meumque hoc fueret; priuatum, ut in postfato nostra esset res, ne illum malus & empior alienus mancipius, quis permulta secum habet, spoliaret; deinde, ut Faustus, cui tantum ille esse volueret, ratum esset, erat etiam illud, ut ipsi nos, si quid & servari posset, quam faciliter sevaremus. nunc rem totam perspicias velim. nobis enim scribuntur saepe majora, sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Faustus vult, Philotum, ut ego ei coram dixeram, mihi que ille receperat, ne sit invito Milone in bonis. nihil nobis fuerat tanti. sin hac leviora sunt, tu judicabis. loquere cum Duronio, scripsi eam ad Camilium, ad Lamium; coque magis, quod non confidebam Roma te esse. summa est haec; statuas, ut ex fide, fama, reque mea videbitur.

## CICERO ATTICO, S.

**A**CTIUM venimus A.D. XVII. KAL. Quint. cum qui dem & Coreya, & Sybottis munieribus tuis, quæ & Areus, & meus amicus Eutychides opipare, &c. 3. **Φιλο-**  
**γονίστερα** nobis & conesserant, epi at essemus & Sa liarem in modum. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigabimus: & Leucatam steter molestem videbatur. actuariis autem minutis Partras accedere sine his impedimentis, non satis visum est decorum. Ego, ut saepe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor, præcipio meis, faciam denique, ut summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinatum traducamus. Parthus, velim, quiescat, & fortuna nos juvet; nostra præstabilimus. Tu, queso, quid agas, & ubi quoque tempore futurus sis, qualis res nostras Romæ teliqueris, maximè de xx. & de xxx curia ut sciamus. id unis diligenter litteris datis, quæ ad me utique perferantur, consequere. Illud tamen (quoniam nunc abes, cum id non agitur: aderis autem ad tempus ut mihi rescripsi) memento curare perte, & personae nostros, in primis per Horatium, ut annus noster maneat suo statu, ne quid noyi decernatur. hoc tibi ita mandando, ut dubitem, an etiam te regem, ut pugnes, ne intercedatur, sed non audeo tibi omnia onera imponere. annum quidem utique teneto. Cicero meus, modestissimus & suavissimus puer, tibi salutem dicit. Dionysium temper equidem, ut scis, dilexi, sed quotidie pluris

facio, & mehercule in primis, quod te amat, nec tui mentionem intermitte finit.

## CICERO ATTICO, S.

**V**T Athenas II. A. D. VII. KAL. Quint. venetam; ex spestabam ibi jam quartum diem komptinum: neque de eis adventu certi quicquam habebam: eram autem totus, crede mihi, tecum: & quicquam sine his per me ipse, tamen acris, vestigiis tuis monitus, de te cogitabam. quid queris? non mehercule alius ullus sermo, nisi de te. sed tu aliquid de me isto scire fortasse mavis; hæc sunt. Adhuc sumpus nec in mea publice, aut privata, nec in quicquam comitum, nihil accipitur lege Julia, nihil ab hospite, persuasum est omnibus meis, seruendum esse fama mea. bellè adhuc, hoc animadversum, Graecorum laude, & multo sermonis celebratur: quod superest, elaboratur in hoc à me, scutib; sensi placere. sed hæc tuas laudemus, cum erunt periora. Reliqua sunt ejusmodi, ut meum consilium saepe reprehendam, quod non aliqua ratione ex hoc negotio emiserim. ò rem minime aptam meis moribus. 12. ò illum verum, 13. **εἰπεῖς**, dices, quid adhuc? 14. nondum in negotio veritas, nescio; & puto molestiora rectare: eis hæc ipsa fero equidem fronte, 15. ut puto, & volo bellissime; sed **ἀγορὰ** iniit miseriens: ita multa vel iracunde, vel insolenter, vel in omnigenere stulte infuse, arroganter & dicuntur & tacentur quotidie, quæ, non quo te celeri, non peroribus, sed quia 16. **δυσέκλητα** sunt, itaque admirabere meam **βαλύμα**, cum salvi redierimus: tanta mihi **μετά** hæc ius virtutis datur, ergo hæc quoque hactenus. etiæ mihi nihil erat propositum ad scribendum; quia, quid ageres, ubi terrarum es, nefuscabar quidem: nec hercule unquam tam diu ignarus rerum meorum fui; quid de Cesaris, quid de Milonis nominibus actuum sit: ac non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam, ut sciremus, in republica, quid ageretur, quare si quid erit, quod scias de iis rebus, quas putabis scire me velle, per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Quid est praeterea? nihil sane, nisi illud: valde me Athenæ delectarunt: 17. urbis duntaxat, & ubi ornamentum? & hominum amores in te, & in nos quædam benivolentia; sed multum & philosophia. 18. **εἰπεῖς** si quid est, est in Aristote, apud quem eram. nam Xenonem tuum, vel nostrum portius. Quinto concesseram: & tamen propter vicinitatem totos dies 19. simul eramus invicem. Cum primus poteris, tua consilia ad me scribas,

plurimorum m. vulg. ut puto, & rufi & frusti bibliophili; Lamb. tamen, malit. bellissima.

16. **Δυσέκλητα**) Quæ vix è profundo educi possunt. Ita repausit ex scidaram corrupta lectio **ΔΥΣΕΙΛΑΗΤΑ**, cui formè responder, corrupta & hæc Viet. **ΔΥCCEΙΛAHTA**, qui hinc conjectur **Δυσκλητα**, quod & antiquum librum habere restatur. Vnde antea legebatur **Δυσκλητa**. Lamb. pro more, conjecturatum myridem afferat. **Δυσκλητa**, seu **δυσκλητa**, seu **δυσκλητa** seu **δυσεκλητa**, seu **δυσεκλητa**. Turn. d.c. 27. conjicit **Δυσκλητa**.

17. **Οὐδὲ δυτανατα**) Totum hunc locum ita descripsit & distinxit ex Scidis Boſ. Man. eram restatur Belliarion. librum habere arbitrio non iubet. Farn. hic etiam quidam legit. PRO. quidam.

18. **Καὶ οὐ γέτε**, si quid Sursum seorum Boſi ex scidis lectio nunc sequitur Ion. interpretationem minime: vulgo **καὶ οὐ γέτε** si quidam est in Arist., quam lectio nem ex omniam librorum & Lam. nisi quod quidam pro Graec habent Lascia sursum & deorsum. Malproposito **καὶ οὐ γέτε** vult legi Antiochiae propositum est in Arist. &c. Vnde ait in libro vni dictum emendatum esse: si quidem existi maxime apud quoniam ex ampleto vero legib; confitit, si quidem existimatur deorsum, quid est.

19. **Simil etiam invicem.**) Ita le emendatio proficitur Man. cum ex Colini Chieri admonitu, cum ex inspectione Belliar. cod. Torn. proposito. Ceteri vulgatas lectio retinent.

Ex Barcello

1. **Εἰπεῖς αὖτις.**) Sic Boſex veteribus librī quod & ante nota rufi, aliquod conjunctionem, & , vocabulo **αἴτιος** præposuit: vulg. aliud.
2. **Ιτεραι περὶ**) Vulg. perficit.
3. **Φιλογονίστερα**) Studio benignissimi & suavissimi.
4. **Λεγονταί**) Emendationem Manuti, comprobat scriptura hæc Decimus loco legitur in vulgaritate **concesserat**.
5. **Διάθεται μέσων.**) Ei hæc gratiam magnam invit ab omnibus nup. litteris civibus Victor ex antiquo ito qui habebat alia: rem in modis; ita & unicolor legimus emendans: in prioribus editionibus excusum cruciflavorum in modum.
6. **Λεγεται.**) Est ab anti quis Boſii, impressi **Luzetens.**
7. **Ιτεραι ημεριδινοις.**) Et Bellar. m. scriptura melior Man. judicio quam illa quam habent quidam, & inter coram. Pal. iit impeditissimis. Ceterum vox five, hic, iive, is, abest & à ms. Vrbi & à vulg. editione.
8. **Οὐδὲ γεγενέσθαι.**) Vulg. ubi genet. hec tempore.
9. **De XX.**) Vulg. iibis de cxx. Boſi notari. Cexpunxit, admonitus num 2. ver. Biore loco, quam ab pfo. C. ep. 7 hujuslibri.
10. **Οὐ μόνον εργάζει.**) Vulgat codices, ut mihi scripsi.
11. **Α. D. VII.**) Perpicebat erat in Dec. ut legendum Man. censer A. D. VII non ut vulgo, sed XX.
12. **Οὐδὲν νέαν.**) Vulg. oīllad vernis. Ceterum quæ sequuntur verba Graeca refutat Victor.
13. **Εργάζεται.**) Semanius integer sic apud Aristophanensem extat: **Ἐργάζεται, οὐ ἔργα τις εἰδεῖν, τίχειον:**
- Quam quisque noritatem, in hac lo exerceat;
14. **Μάνδαν οὐ οργίαν.**) Vulg. māndam emmūnētū.
15. **Οὐ ποτε τοιούτουμεν.**) Lectio hæc sit Dec. Belliar. & aliorum

bas, ut sciam, quid agas, ubi quoque, & maximè quando  
Romæ futurus sis.

## CICERO ATTICO, S.

**H**uius, totiesne me litteras dedisse Romam, cùm ad te  
nullas darem? at verò posthas frustra potius dabo,  
quām si rectè dari potuerint, committam, ut non dem.  
Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades,  
quidquid provideri potest, provide. non dici potest,  
quām flagrem desiderio urbis, quām vix harum rerum in-  
fūstitatē fero. **M**arcellus fœdè de Comensi: eti illa  
magistratum non gesserit, erat tamē Transpadanus. ita  
mihi videtur non minus stomachi à nostro, ac Cæsari fe-  
cisse. sed hoc ipse viderit. Pompejus mihi quoque vi-  
debatur, quod scribis Varronem dicere, in Hispaniam cer-  
tè iurus. id ego minimè probabam; qui quidem Theo-  
phani facile persuasi, nihil esse melius 3 quām illum  
nuquam discidere. ergo Gratus incumbet. valet autem  
auctoritas ejus apud illum plurimum. Ego has pridie  
Nonas Quint proficisciens Athenis dedi; cùm ibi decem  
ipsos fuissent dies. venerat **P**omitus: 5 unā Cn. Volu-  
tus; aderat Quæstor: tunc unus Tullius aberat. **6** ἀφεγ-  
κτη Rhodiorum, & dicta Mitylenorum habebam, &  
aliquid **7** ἵππον τὸν. De Parthis erat silentium. quod  
supererat, dī juvent. Nos adhuc iter per Graciā summa-  
cum admiratione fecimus. nec mehercule habeo, quod  
adhuc quem accufem meorum. videntur mihi noscere nos,  
nostram causam, & conditionem protectionis suę, pla-  
nè servionē ex summatione mea. quod supererat, si verum illud  
est: **8** εἰσαγόνη θάροντα, certè permanebunt. nihil e-  
nim à me fieri ita videbunt, ut sibi sit delinquendi locus.  
sin id parum profuerit, 9 sicut aliquid à nobis severius.  
nam adhuc lenitate dulces sumus; &, ut spero, profici-  
mus aliquantum. sed ego hanc, ut singuli dicunt, **10** ἀ-  
νίζειν in unum annum meditatus sum. proinde pugna,  
ne, si quid prorogatum sit, turpis iuveniar. **11** Nunc te-  
deo ad ea, quæ mihi mandas; **12** ni præfectis excusationi  
sis, quos voles, deserto. non ero tam **13** μετένθετο,

quām in Apulejo fui. Zenonem tam diligo, quām tu,  
14 quod ipsum sentire certò scio. Apud Patronem, 15 &  
reliquos Varrones te in maxima gratia posui: & hercule  
merito tuo feci. nam mihi is ter dixit, te scripsi ad se,  
mihi ex illius litteris rem illam cura fuisse, quod ei per-  
gratium erat. sed cùm Patron mecum egisset, ut peterem  
à vestro 16 Ariopago, **17** ἴωρων γονός tollerent,  
quem Polycharmo Prætore fecerant, commodius vīsum est  
& Zenoni, & post ipsi Patroni, mead Memmīum scribere,  
cui pridie, quām ego Athens veni, Mitylenas profectus  
erat, ut is ad suos scriberet, possit id sua voluntate fieri.  
non enim dubitabat Xeno, quin ab Ariopagitis invio  
Memmio impetrari non posset. **18** Memmīus autem  
edificandi consilium abiecerat: sed erat Patroni iratus.  
itaque scripti ad eum accurate: cujus epistolæ misericordia  
exemplum. Tu, velim, Piliam meis verbis consolote:  
indicabo enim tibi: tu illi nihil dixeris. accepi fasciū-  
lum, in quo erat epistola Pilæ: abstuli, aperui, legi, valde  
scripta est **19** συμπλήρωσε. Brundisio quæ tibi epistolæ  
reddita sunt sine mea, tum videlicet data, cùm ego me  
non belle haberem. nam illam **20** ρομαιων διαν excusationem ne acceperis. Cura, ut omnia sciam, sed maxi-  
mè, ut valeas.

## CICERO ATTICO, S.

**N**Egotium magnum est navigare, 21 atque mense  
Quint. sextodie. Delum Athenis venimus. pridie  
Nonas Quint. à Pirzeo ad Zoltera, vento molesto qui  
nos ibidem Nonis tenuit. A.D. VIII. Idus 22 ad Cœo  
jucundè; inde Giarum favo vento, non adverso; hinc  
Scyrum, inde Delum, utroque citius, quām vellemus, cur-  
sum consecimus. jam nosti **ἀφεγκτη** Rhodiorum. ni-  
hil, quod minus fluctum ferre possit, itaque erat in ani-  
mo nihil festinare, 23 Delo nec me movere, nisi 23 omnia  
ἀνεποτελεῖν οὐτε εἰδεῖν. De Messalla ad te statim,  
ut audivi, de Gyro dedi litteras: & id ipsum consilium  
nostrum etiam ad Hortensem: cui quidem valde **26** εύ-  
ησαν. sed tuas de ejus **26** judiciis, sermonibus, & me-  
hercule

**I.** Marcellus fœdè de Comensi scripti. Ex vestigiis veteris scripture sic ed-  
dit Bos. Mal. Sigonius & Panthagor. sic Marcellus fœdè in Comensi scripti illa  
magistratum non gesserat Lamb pro fœde, ad eum reponit: vulgata lectione,  
Marcellus fœdè comensi si medetiri non posse ingenue fatur Vi. &  
Turneb explicat vulgata d. c. 27 paratus tamen affectu ei qui legen-  
dum coninuit, dñe cœdile Comensi.

**2.** Nostro ac Cæsari.) Alli, noster quam Cæsari: vulg noster Cæsari.

**3.** Quam illum nuquam ducend. ) Vulg. quām ille, noster quam illum dis-  
cē. **4.** Pompeianus.) Notandum ubique occurrat, in vulgatis editio-  
niis semper logi, Pompeianus, per.

**5.** Una Ca. Ulophus aderat questor iure unius. ) Ita & restituit &  
distinguit Bos. ex Dec. vulg. nam Cn. Volusius aderat questor iure unius, &c.  
Lamb. legendum videtur, iam Quinque Ulophus aderat & questor Rufus  
unius, &c. verum tam in tuis confit retinere lectionem receptam.

**6.** ἀφεγκτη.) Naves non recte sed apter.

**7.** Εἴπικρον.) Retinebam identidem. Legebatur in Vi. codice  
& Torn. ἐπικριτὴ ΔΕΙ: in Dec. & Cris. ἐπικριτὴ ΔΕΙ, unde Bos. ita re-  
stituit, confidencio Ian. freto scripture unius Palat. Vi. & conjectebat  
ἐπικριτὴν, quod Lamb. reiciens, de Torn. scripture nihil murat, & le-  
git ἐπικριτὴν. Pius reponet, alius ἐπικριτὴν live κριτικόν.  
πτων.

**8.** Οἶος γ' οὐ.) Vulg. οἶσπερ οὐ, &c. quæ eriam est Vi. lectio. hoc  
proverbium sic ex Platone potest concipi integrum: οἶος γ' οὐ δέ  
πτωντο τοῦτο δέ οὐ οὐδέν, qualis est hera, talis & canis.

**9.** Fier aliquid à nobis severius.) Seriū habent veteres omnes Vrini.  
Lo. A. ἀγέτεσσι.) Tolerantiam.

**10.** Nunc redes ad ea. Fulvii m. si nunc ad ea qua mihi vulgo nunc redes  
ad que mihi mandas.

**11.** In præfectis excusationi fte. ) Hæc est Dec. scripture Lamb à veteri-  
bus libris longum recedens scribit, in præfectis excusationib; quæ do-

ler, &c. quam Faērū probabat, nisi quod excusat, pro, excusat, substitue-  
bat.

**12.** Μέτενθετο.) Incerti & dubi: animi, anticipis curæ.

**13.** Quod ipsorum. ) Vulg. quod id ipsum.

**14.** Eὐρηκας Varrone.) Ita Lamb. Turneb Bos. vulg. Barrent, quod  
mavult Jun. Parthen. legebatur Pluſi, referente Vi.

**15.** Αἰσηπάγος.) Vulg. Ariopag.

**16.** Υπερηφανητος.) Decretem, vel ad rei memoriam litt-  
eris mandatum.

**17.** Υπερηφανητος.) Decretum, vel ad rei memoriam litt-  
eris mandatum.

**18.** Memmīus ut antea.) Hæc emendatio debetur Vi. ante legebatur.  
Anap. autem.

**19.** Συμπλήρωσε.) Cum animi commoti significazione.

**20.** Νεματοδελτα.) Ignavia & inertiam in præfecturis: va-  
cationes. Pro hac Decut. Scriptura, hæc tenus deminutæ editum fuit  
μεγάλοις.

**21.** Aque mense.) Vulg. ut me de Dile. Faērū delect illud Dile.

**22.** Ad Cœ. secundū.) Ita est in Dec. & Cris. ut conjecterat Man. Vi. &  
ex miss. repoulerat, ab Cœ. juvante, quam prius habetur ad Cecum dicim.  
dine.

**23.** Delute me.) Vulg. ut me de Dile. Faērū delect illud Dile.

**24.** Omnia ἀκροτελεῖσθαι.) Signa secundæ tempestatis ex ve-  
xillio navium & de morum. Declitio hæc est quam sequitur Iun. nix  
quod pro omnia, vulgatum, omnia servat. Edepravatis veteris scripture  
vestigiis, quæ hæc sunt. **AKPA TH KIYYP A**, legēdū patet Mu-  
άκρογνη τε νῆσοι 1. xii. Var. lect. c. 11. Lamb. sequitur emenda-  
tionem, ut ait Bos. quæ hæc est αὐλογη τηρεῖν γραμματα vulg. ἀκρο-  
τελεῖσθαι μὲν ἀκροτελεῖσθαι, aliis suis, unde placebat Manue.  
ἀκροτελεῖσθαι.

**25.** Συνησιων.) Cum illo moerebam: condolebam. Euge Vi.

quillud οὐρανοπολεῖσθαι, hinc furcillis ejecitis.

**26.** Indicis.) Vulgo judiciis.

hercule omni de reip. statu litteras exspecto. πελικότε·  
g) quidem scriptas, (quoniam meos cum Thaliuero  
nostro pervolutas libros, & eumodo inquam litteras, ex  
quibus ego, non quid fuit, (nam id & vel Helenius, vir  
gravissimus, potest efficiere, cliens tuus) sed quid & futu-  
rum fuit, etiam cum hac leges habebimus Consules. omnia  
participare poteris, de Caiare, de Pompejo, de ipsius judi-  
cisis. Nolita autem negotia, quoniam Roma commora-  
tis, amabo te, explica. Cui rei fugerat me rescribere,  
3 de fratre laterum planè rogo. De aqua, si quid poterit  
fieri, eo sis animo, quo soles esse: quam ego cum mea  
sponte, tum tuis sermonibus atque plurimi, ergo quid  
confundies. Præterea & quid Philippus rogavit, quod in iua-  
re faceres, id volim facias. Piura scribam ad te, cum  
constitero: nunc eram planè in medio mati.

CICERO ATTICO, S.

13 PHRASUM venimus A.D XI. Kal. Sexti. & sexagesimo.  
Ex quingentachmo post pugnam Bovillam, navigavi-  
mus sine timore & sine nauis; sed tardius propriez aphe-  
storum Rhodiorum imbecillitatem. De concursu lega-  
tionum, privatorum, & de incredibili multitudine, quæ  
mi jam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi præto-  
fuit, aura diffusa te puto, aut quid ad me attinet? 7 Ve-  
rum tamen cum cum Decumanis venissem cum imperio,  
Graci quali Ephesio Patorum se slackes contulerunt, ex quo  
te intelligere certo scio, multorum annorum, ostentationes  
meas nunc in discrimen esse adductas. sed, ut ipso, uic-  
toriae palæstra, quam à te didicimus; omnibusque satis-  
faciemus; & eo facilius, quodin nostra provincia confe-  
cta sunt pactiones. Sed hactenus, præteritum cum cen-  
ti mihi nuntiaret Cæsarius, se de nocte profici. Tua  
negotia Ephesi cura mihi fuerunt: Thermoque, tame si  
ante adventum meum liberalissime erat pollicitus iuis o-  
mnibus, tamen & Philogenem, & Sejum tradidi; Apollo-  
nensem Xenonem commendavi. omnino omnia le fa-  
ctum recipi. Ego præterea rationem Philogeni per  
mutationem ejus, quam tecum feci, edidi. ergo hac quo-  
que hactenus. Redeo ad urbana. Per fortunas (quo-  
diam Romæ manes) primum illud præfueri, atque pra-  
muni, quo, ut simus annui; ne intercaleret quidem,  
deinde exhauri mea mandata; maximeque si quid potest,  
de illo doméstico, scrupulum quem non ignoras; deinde

de Cesare: cujus in cupiditatem te auctore incubui; nec  
me piget. 10 & si intelligis, quād meum sit scire & cu-  
rare, quid in rep. fiat: fiat autem? immò verò etiam quid  
futurum sit, perscribe ad me omnia, sed diligentissime:  
11 in primisque ecquid judiciorum statu aut factorum,  
aut futurorum etiam labores. De aqua, si cura est, si  
quid Philippus ageret, 12 animadvertis.

CICERO ATTICO, S.

ANTR quād aliquo loco concedero, neque longas à me, 14  
neque semper mea manu litteras expectabis. cūm au-  
tem erit spatum, 15 utrumque præstabo. nunc iter con-  
siciebamus æstuosa & pulvretulenta via, dederam Epheso  
pridie: has dedi Trallibus. In provincia mea fore me  
putabam KAL. Sextilibus. ex ea die, 14 si me amas,  
15 οδηγησαί τοις στρατοῖς, commoveto. tamen interea  
hac, 16 quæ velle, mihi afferebantur: primum otium  
Parthicum, dein confecta pactiones Publicanorum, po-  
strem sediti militum fedata ab Appio, stipendumque  
eis usque ad Idus Quint. persolutum. Nos Asia accepit  
admirabiliter, adventus noster nemini ne minimo qui-  
dem fuit surpūi. spes meos omnes servit laudi mea.  
tamen magno timore sum: sed 17 bene speramus, omnes  
jam nostri præter Tullium tuum, vescunt. erat mihi in  
animō recta proficiunt ad exercitum. æstivos menses reli-  
quos rei militari dare, hibernos juridictioni. Tu, velim,  
si me nihil minus nostri curiosum in republica quād te,  
scribas ad me omnia quæ sint, quæ futura sint, nihil mihi  
gratius facere potes: nisi autem id erit mihi gratissimum,  
si, quæ tibi mandavi, conficeris; 18 in primisque illud  
19 εἰδούχος; quo mihi scis nihil esse carius. Habes  
epistolam piam festinationis & pulvretis. reliquæ subti-  
lores exunt.

CICERO ATTICO, S.

LADICEA M VENI pridie KAL. Sexti. 10 ex hoc die cla-  
vum anni movebis. nihil exoptatus adventu meo, 15  
nihil carius. sed est incredibile, quād me negotii tñdeat;  
21 non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus  
curlus animi, 22 & industriz meæ præclara opera cesset  
quippe, jus Laodicea me dicere, cum Romæ A. Plotius  
dicat: & cūn exercitum noster amicus habeat, tanum  
me nonen habere diuarum legionum exilium? denique  
huc non desidero: lucem, forum, urbum, domum, vos  
deci.

1. *Vul Helenius vir gravissimus.* Verus scriptura hæc est; vulgariter  
Helenius vir gravissimus.

2. *Fatuus p̄ etiam cūm hac.* Vulg. sciam. Cūm hac.

3. *Di frateratu.* Victor & Boſi indicarunt verēs libros habere  
DISTRIES ALTERUM, sive Mathanias auct. descriptio ratiōne p̄ficiens, a-  
ut recitatio fatae uideat̄ vulg. de fratre salinariam. Verus Vrl. liber, de  
fratre salinariam.

4. *Ergo quid?* Vulg. ergo aliquid.  
5. *Si quid Philipus regari, quid in iusta faceres.* I. Faēnusex misi p̄  
quid Philo regat, quid iusta facieres. vulg. in iusta.

6. *Scripsit et quingentissima.* Hæc est Dec. scriptura: Man. legerer  
liberor. scripta & quingent. & quinque Lambini. quingent. sive quadrageſima quinque  
vulgariter quingent.

7. *Ueritatem cum cum Decumanis.* Scidz, cum Decumanis. alterum cum  
argento librarum omisum restituere Boſi. placet, verum  
nam Romanus, quam conjecturam ampliæ sunt Corrad. & Lambi-  
ni. vocem & scidit. Mor. re. cum p̄gat, veritatem Decumanis, ut p̄-  
sum in imperio vulga. a lectio similes est Scidat.

8. *Philogenus & Iacobus tradid. Apollonius.* Xenon. I. Lectio hæc  
et Victor nūlque Apolloniusem scripsi Boſi. ex Dec. & Cai. pro Apollonio  
& Iacobio. & in auct. misi esse Apolloniusos & Iacobus vulg. Sejanus Rhodius &  
Apollonius.

9. *Maximeque si quid potest,* &c. Faēnus maximeque si quid potest de illo  
scripta quingent.

10. *Erigi intellige quam meum.* Faēnusex intellige quam mea interſit  
jura.

11. *In primisque ecquid judiciorum.* Ita Cec & Cris. Mal. Lan b & Ian.  
Eduobus Palat. in primisque nonquid judiciorum, &c. vulg. quid judiciorum.

12. *Animadvertis.* Vulg. animadvertis.

13. *Utrumque præstabo.* Codex Torn. habet utrumque stabi. Ma. miss. da-  
be, à quo non videbatur abbr̄ccre Gulielm.

14. *Si me amas.* οδηγησαί τοις στρατοῖς. Hæc est Germanorum lectio  
quam sequitur est Vict. quia similes valde characteres in suo ms. inven-  
nerat, felices ΠΑΓΓΕΛΜΑ ΕΝΙΑΤΙΩΝ. Vir doct. simus  
ut ait Vrsita es mendebat, & si me in πάγια γένης incautior, commovet  
camen.

15. *οδηγησαί τοις στρατοῖς.* Mandatum annum.

16. *Hæc, ut vellennimhi afferebantur.* Jun. ex miss. Pal. hæc vellennimhi  
qua afferebantur. ceterum pro afferebantur nonnulli codi. inter quos  
Torn. legum adgesantur.

17. *Braſipendium.* Vulg. bene paramus.

18. In primisque illud. 19 a mendebat Man. vulg. in primis quid illud.

19. *εἰδούχος.* Arcanum de re domesti. ca. Sic repolui: Victor:

prīus εἰδούχω.

20. Ex hoc die claram anni morib. Hæc est Dec. sc̄i præura. repoluerat

Vict. antea ex hoc die claram commerbu, sum prīus legeretur sic hoc die

claram animo verbis, quæ etiam est & Torn. & Cai. lect. o. Hoc tamen

abefit à Bessar & Ferril. br. 2. & duobus antiquisq. Rom. & lunt. &

fine p̄fatura posse abefit Man. nisi forte legatur, ex hoc die conservabatur.

Torn. d. 29. patet commodam recipere interpretacionem vulgatum

al. d. claram amorem.

21. *No habebit.* Vulg. ne non habebit satie.

22. *Et iudiciorum ne præclaras operas ejes?* Sic distinguunt Bon. ex miss. Pal.

et mea in industria præclaras operas. &c. Ceterum vulg. pro. ejes, quæ est

Menn. Tornz. & nouillorum Italorum scriptura p̄ficitur inſerit

Lamb. malitia prælatas operas efficiunt.

desidero. sed feram, ut potero sit modò annum. si prorogatur, astum est. verum per facile resisti potest. tu modò Romæ sis. Quæris, quid hic agam? *ta vivam*, ut maximos sumptus facio. misericordia delector hoc instituo. admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: ut verear, ne ille, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit. Apollii vulnera non refico; sed apparent, nec oculi possunt. iter Laodicea faciebam A. D. IIII. Nonis Sext. cum has litteras dabam, in castra in Lycaniam, inde ad Taurum cogitabam, ut cum i. Moeragene lignis collatis, si possem de seruo tuo decidetem. *clitellabovi* sunt imposta, 2. Cillane, non est nostrum onus; sed feremus: modo, si me amas, 3. sit annum. adsis tu ad tempus, ut senatum totum excites, misericordia sollicitus sum, quod jam diu ignota sunt mihi ista omnia. quare, ut ad te ante scripti, cum cetera, tum respubl. cura ut mihi nota sit. 5. Plura scribam tarde redditio? sed dabam familiariter homini, ac doméstico, C. Andronico Puteolano. tu autem tibi dare tabellarii Publicanorum poteris, per mā gistris scripturne, & porrus, & nostrorum dioecesum.

## CICERO ATTICO, S.

<sup>16</sup> **E**t si in ipso itinere & via discedebant Publicanorum tabellarii, & eramus in cursu. tamen surripiendum aliquid putavi spaci, ne me immemorem mandari tui putares. itaque subfidi in ipsa via, dum hæc, quæ longior tem desiderat orationem, summatur tibi perscriberem. Maxima exspectatione in perditam, & planè eversim in perpetuum provinciam nos venisse scito pridie Kal. Sextiles; 7 moratus triduum Laodicea, triduum Apamea, totidem dies Synnade, audiuitus nihil aliud, nisi imperata 8. *τικηφάδια* solvere non posse: 9. *ώνες* omnium venditas: civitatum gemitus, ploratus, monstra quædam non hominis, sed feræ nefcio cuius immanis. quid quæris? 10. tædet omnino vita. levantur tamen miseris civitatis, quod nullus fit sumptus in nos, neque in legatos, neque in Quæstorem, neque in quemquam. scito, non modo nos scenum, aut quod lege Julia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem; nec, præter quatuor lectos & tectum, quemquam accipere quidquam: multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerumque. itaque incredibilem in modum concursus sunt ex agris, ex vicis, ix. ex dominibus omnibus. mehercule etiam, adventu nostro, reviviscunt; justitia, abstinenzia, clementia tui Ciceronis, itaque opiniones omnium superavit. Applus, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam se conjicit Taurum usque: ibi forum agit. De Partho silentium est: sed tamen concilios equites nostros à barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in provinciam suam accedere. id autem facere ob eam causam dicebant, quod tardius vellet decedere. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui.

## CICERO ATTICO, S.

12. Νο μεμηπούση συμπλέξουσαν την) Hunc locum ex antiquo suo restituit Victorius; Cum prius in editionibus post vocem, ipsa inde spatium relinquenter hoc modo, ne mem. ipso, 13 iam exsc. Editionem autem, quæ quoniam omisit Victorius, primus restituit Bosius. Fulvii amicus legit, nesciam ipsi audire sicut jam exsc. 13. Nec tempore ex Italia.) Vulg. ex Italia hoc tempore.

14. Quoniam Curione.) Sic in viri doctissimi libro, emendatum ait Vellinus, quod etiam Lambinus probatur.

15. Μήτι φανερογνωμένη fit falsa.) Decoratus non aliter refert quam vulgati codicet in Tornet, tamen & Cratelli no, q; in yū fit falsa, sicut agnoscere magni esse. Editiones vulgatas habuisse refert Victorius, infinitam quoniam quoniam fit falsa, nesciis est ut tuum trans meres &c.

16. Philotimone attulit.) Aberat ab antiquis Bosianis vox, linea.

17. Pro nobis benevolentia.) Legendum arbitratur Lambinus, & 2 ut pro benevolentia.

18. Prædicta ait jam te.) Vulg. inclinata jam te.

19. Εἰ τοι μένει κομιδες consularis, σουν σύρκανα obsecrare videberis.) Ita Victorius ex antiquis miscet, restituit, q; omisit. Vide eti. legaturum fuerit ut debet. Cicerum video monet Vrinius, nom fit legendum, & tibi minus cunodi censorum, nec fortuna obsecrare videberis.



Habes & *συνέλευτον* tuum *λαχανικόν*, omnino excipiam hominem. erat autem v. Non. venturus vesperi, id est hodie, casus igitur ad me fortasse veniet. et tentabo audeam, nihil properare; missurum ad Cesarē ad clamabo me; cum paucissimis alicubi occultabor; et carris hinc illis invictimis evolabo, et aique utinam ad Curionem, *προς τον Λέωνα*. magnus dolor accessit. efficiet aliquid dignum nobis. 7 *ἀντεγένεται* tua mihi valde molesta. medere amabo, dum est *ἀρχή*. De Massilienibus gratia tua mihi littera, quæsa. ut iciam, quidquid audieris. 8 Siciliam cuperem, si possem palam: quod a Curione efficerem. Hic ergo Servium exspecto. rogor enim ab ejus uxore & filio: & puto opus esse. Hic tamen Cyteridem secum lectica spectata portat, & alteram uxorem: septem præterea & conjuncta lectica a micarum sunt an amicorum? vide, quæna turpis pereamus: 11 & dubita, si potes, quin ille, seu vietus, seu vixit redierit, 12 cædem facturus sit, 13 ego vero vel lintricu, si navis non erit, eripiatur me ex illorum particio. Sed plura scribam, cum illum convenero. Juvenem nostrum non possum non amare: sed ab eo nos non amari, plane intelligo. nisi lego vidi tam 14 *ἀνάγνωστον*, tam aversum à suis, tam nescio quid cogitans. videtur increbile molesteriarum: sed erit curæ, & est, ut regatur. mihi est enim ingenium. *ηδύς ἐμπειρίατρος*.

## CICERO ATTICO, S.

**O** DESIGNATA jam epistola superiori, non placuit 15 ei dati, cui constitueram, quod era alienus. itaque eis data non est. inter: in venit Philomitus, & mihi à te littera reddidit: quibus que de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, 16 sed habent nihil *ὑπέλληλον*, nihil fallax, nihil non flexible ad bonitatem, nihil, quod non, quovellis, uno sermone possis perducere. ne multa; omnes tuos, etiam quibus irascitur crebrius, tamen caros habet, mequidem se ipso cariorum. Quod de puro aliter ad te scripsi, & ad matrem de filio, non reprehendo: *δέ τις μητέρας*

1. *Συνέλευτον λαχανικόν*. Scytalem Laconicam (breve epistolam quies oculis gravibusque de rebus Lacedemoniis ad Imperatores Iouis in locis scriptas mittere solebant.)

2. *Traictus antedictus nihil preparare.* Haec verba valde corrupta & mancata, affectus Victorius, cum igitur nihil miliorum hac aut quam temporam inventaret, sed eandem penitus, & simil modo perverterat. Raciocinio contra hunc locum alterum eum ligi juste at enim Manus in reliquo conatus est, Traictus: aut de eam, nihil preparare & misericordia in aliis: cum pacificissime. Pro. Ita distinguunt vulg. tenet, admodum nihil preparare.

3. *Misericordia ad Cesarem.* Vulg. misserem me ad Cesarem.

4. *Clamabo*, Vitoīōē vulgat, clamabam. Vere & sincer Decurta, clamabo.

5. *Cari hiū ipsū.* Bosius haec est conjectura ex depravata lectione, sive Siderarum & Crufellini; Tornælian. casti; in implexis, casti: Victorii antiquior, casti.

6. *Ac qui nūnam ad Curiorū oīvī θεὸς τοι Λέων.* Restituit Victorius sibi hoc versiorius exemplaris verba Graeca quæ hic desiderabantur: postquam, nulla distinctione adiuncta sequentia legendi auctor. Manus tuus verba Graecæ cum superioribus conjungit, & sic legimus disjungit.

7. *Δυοῖσιν εἴτη.* Vixit difficultas. Inane spatiū Graecæ hac quæ desiderabatur voce repieg. Victorius ex Antiquis mis.

8. *Nihil ad eum.* Vulg. Octēon eum.

9. *Aitiam ex eum.* Lipsius lib. iv. Epist. quæst & t. emendavit, alterum ex quo modo era in Seidis. vulgo altera usus.

10. *Scapulae lectica amicarum suarum amicorum.* Victorius quid hic daturum debet, necliens vulgatam lectionem retinuit. lectica amicorum, hec non amicorum, licet pli parum lais faciat. Iunius Bosius lectionem sequitur, præterquam quod ante vocem, sicut ex duobus mis. Patet adire.

11. *Et dubitas, p. pree.* Iunius ex duobus optimis mis. Palat. & dubitatis patet.

12. *Cedens fallitur fit.* Vulg. cedens fallitur fit.

13. *Ego vero vel huiuscmodi.* Ita legit Lambinus, licet utricle non rei cognitum erit. lib. xii. cap. io. Tornæbus, & probat Iunius, Victorius: reliqui antiquos codices habent: ergo vero, relinque ridiculo. Tornæbus signat vel huiuscmodi, vulgo ergo vero significat.

14. *A νοτιώσει.* Alienum à rectâ morum conformatio, in quo mores conformari & effigi nequeant.

15. *Εἰ δαρί.* Vulg. ei dare.

16. *Sed habent utrid.* Lambinus malit sic legi, sed tamen nihil, scilicet habent causa utrid.

17. *Δέ τις τηγάνης ἔτη.* Notrice adhac opus est. Consentient Tornæbus, Horatius, & Crufellinus, cum Victorianis mis. sic enim hec referunt, DE ITINE ETI, unde Victorius primum posuit de pree-  
mis, pollici, murata sententia, de istius Bosius autem utramque Victorius  
emendat onem suprobans, ratione dictus, ex vestigis veteris De-  
cūta: quælibet sive ΔΕΙ ΤΙΝΕ ΕΤΙ, conjectit Ceronem scri-  
psi, δέ τις τηγάνης ἔτη. Quidam Lambini amicus ex depravata Tor-  
næiani scriptura, de ieiuni, legebat de ieiuni, id est, pase. Iunius ac Bosius  
autem quidem, ut multa alia, huc reprobusse, δέ τις τηγάνης ἔτη;  
sed lib. religione esse tam longe à vereco scripta distendere, itaque  
legit, δέ τις τηγάνης ἔτη: vulg. de ieiuni & de severo quæ scribitur.

18. *Liberat.* Descurat per puram expletis Bosius: vulg. labores.

19. *Sed si mors Q. Asini in hac res inga.* V. Etiorum ex vere, codicibus, in quibus erau sed si mors que Asini in hac, pro. emendavit Q. As-  
sius; nam in infinitis locis ubi Q. esse debet atque in mis. antea  
in formis exscutis legebatur, sed si mors que in hac mea fuga.

20. *De nescio quis si s. XX.* Vulg. de nescio quem LLS. XX.

21. *Cum audi ex illis se uigeret.* Ec hoc quoque est Victorii; cum prius  
corruptè legeretur, ex illis se uigeret.

22. *Nigre arroganter.* Ex illis se uigeret.

23. *Nisi; sive radice habent.* Maninus Bellonianus librum securus  
repositus nis; & c. licet alii, quidam, & inter eos Scidix & Tornæbus  
nisi, habent, nam sive radice habent.

24. *Sed ex tempore sunt.* Plenior & integrior Bosius vita est lectionis  
Tornæxi. & Descurata, quælibet exculporum, ideo sic corum fide edidic  
sed ex tempore sunt, ut omnia mihi sic passim.

25. *Recrux enim.* Impres quodam interpolatores hunc locum  
corrupisse at Bosius, cum recte in libris antea excutis, & in omnibus  
mis. legerentur, recrux enim effigit cum illa Rhodiorum *ἀφροδίτης*  
navigante, quam fuerint solliciti.

26. *Utilenum mihi amicum.* Pro. Utilenum, quod antea mendosus le-  
gebatur Victorius subiicit. Utilenum.

27. *Α ποτε μοις.* Hujus quo ne vocabuli restituere o Victoria de-  
bet, cum enim transposita hic legeretur, *Ιερεὺς τοῦ τοποῦ*, ille hoc  
vocabulum paulo inferius in latio quod in formis implexis vacuum  
erat, reponit.

*μως ad me scriperat de nummis curandis. θυμικότερος et etiam jocatus. id tu, si ille aliter accepit, ac debuit, le- nies. et Monetali autem adscripsi, quod ille ad me, *Proconsuli*. sed quoniam est homo, & nos diligimus, ipse quoque a nobis diligatur. Vale.*

## CICERO ATTICO, 8.

**21.** *Quid nam mihi saturum est? aut quis me non solum infelior, sed jam etiam turpior? et nominatio de me tibi imperatum dicit Antonius; nec me tamen ipse ad huc viderat, sed hoc Trebatio narravit. Quid agam nunc, cui nihil procedit, caduntque ea, quae diligentissime sunt cogitata, tetricim? Ego enim Curionem nactus, omnia me consecutum putavi, is de me ad Hortensium scriperat. Reginus erat totus noster, huic nihil suspicabamur, et cum hoc mare negotii fore, quo me nunc vertam, et undique effundam. 3. sed fatis lacrimis. πάλων ὅταν τέρος igitur, & occulit in aliquam onerariam correspondum, non comitendum, ut etiam compacto prohibiti videamur. Sicilia petenda: quam si erimus nae, majora quedam consequentur, sit modo recte in Hispaniis: quamquam de ipsa Sicilia utinam sit verum: sed adhuc nihil secundi concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus; orasse, ut relisheret, et omnia pollicitos: 8. communum illum, defectum habere cōpissi, non credo, ut est luculentus auctor, potuisse certe tenere illam proiniam scio, ab Hispanis autem jam audierit. Hic nos C. Marcellum habemus, et eadem de re cogitantes, aut bene formantur: quamquam ipsum non wideram, sed ex familiarissimo ejus audiebam, tu, quo, si quid habebis novi, ego, si quid moliti erimus, ad te ita tamen scribam. Quintum filium severius adhibeo. Utinam et proficere possim: tu tamen eas epistolas, quib. asperius de eo scriptis, aliquando concerperit, ne quando quid emeat: ego item tuas. Servium expecto, nec ab eo quidquam usq[ue] 1. scies, quidquid erit, sine dubio eras nos, confundendum est, at semel? at una in re? immoni omnia, quod diligentius cogitata, et facta sunt imprudentius.*

**12.** *Ἄλλα τι λόγοι αποτίνχασι ιδεσθε, ἀχειρόφυλλοι αφίηνται reliquis modo ne ruamus. 12. iubes enim de profectione mea providere, quid provideam? ita patent omnia, quae accidere possunt, ut ea si vitem, sedendum sit cum dedecore & dolore; si negligam, periculum est, ne in manus incidam perditorum. sed vide, quantis in miseria finis, optandum interdum videtur, ut aliquam accipiamus ab ipsis quamvis acerbam injuriam, ut tyranno in odio fuisse videamur, quod si nobis cursus, quem speraram, pateret, effectissimum aliquid profecto, ut uopras & horatias dignum nostra mora, sed mirificæ sunt custodiz: & quidem ille ipse Curio suspectus, quare vi, aut clam agendum est: 14. & si vi, forte & cum tempestate: clam autem illis, in quo si quod σφάλμα, vides quam turpe est, trahimur: nec fugiendum, si quid violentius. De Caelio, sepe tecum agito; nec, si quid habuero tale, dimittam. Hispanias spe- ri firmas esse. Massiliensem factum cum ipsum perse- luculentum est, tum mihi argumento est, recte esse in His- panias, minus enim auderent, si aliter esset, & scirent; 15. nam & vici, & σλαβοί gente sunt. Odium autem recte animadvertis 16 significatum theatro. Legiones etiam has, quas in Italia assumpit, alienissimas esse video, sed ta- men nihil inimicius, quam sibi ipse illud recte times, ne ruit, si desperauit, certe ruet, quo magis efficiendum ali- quid est, fortuna velim 18 meliore, animo Caeliano, sed primum quidque, quod qualemque erit, continuo scies. Nos juveni, ut rogas, suppeditabimus, & Peloponnesum ipsam sustinebitus est enim indeo modo aliquod hoc sit 19. Ἡδονὴ σλαβῶν ἀλωτῶν: quod si adhuc nullum est, esse tamen potest: 18 aut ἀργεῖ non est σλαβῶν: quod mihi persuaderet non potest.*

## CICERO ATTICO, 8.

**E**pistola tua gratissima fuit mea Tullix, & mehercule, 20. mihi, semper tecum 20 aliqua mihi afferunt tua littera, scribe

**1.** *Kram jecasus.] Reposit Bosius ut erat in Scidis, etiam jecasus, qui-  
dam enim, libri mendos, etiam jecasus. Victorius, etiam trahe, in val-  
gatis utrque vox live, gravis, live, trahe dect.*

**2.** *Monetali autem scripsi.] Non solum sic habere miss, sed etiam ma-  
jorem partem exsorum solitaur Victoriae, ut non posse, non mira-  
xi imprudentiam quorundam, qui ex Monetali duo verba fecerunt &,  
Monetali scripserant, sed quam incepit & perverse nihil attinet dice-  
re, sicut cunctos recentorum imprudentiam liberos tempore Victoriae  
translata sit.*

**3.** *Nominatum de me imperium.] Codex Tornzianus habet impe-  
rium; unde doctus quidam conjectat legendum imperium, Lambi-  
no teste, ut vel imperium, vel, imperium malum.*

**4.** *Cum hinc mat.] Vulg. cum hic mat.*

**5.** *Sed fatus lachrymæ πάλων ἐπλήσθεν.] Tempestates ferre o-  
poret: Tempora parom idonea praefenda. Victoria restatur cum  
prius inane latum esse in formis, imprefis, post sed fatus lachrymæ,  
Germanorum, et populi, οὐδὲ τοιούτους, parum utrū sinceras, ipse  
verè ex antiquis vestigis, οὐδὲ τοιούτους, restituas, sed quād re-  
stet, judicabunt lectoris ex veterum codicum scriptura quam subje-  
cam. Tornz & Cn. Cell. si habeantur. ΠΑΡΑ ΟΤΑΛΕΙ Ι ΕΩΝ.  
Decurrunt ΠΑΡΟΡΑ ΟΤΑΛΕΙ ΤΕΟΝ, que lectionis vestigia  
eo non satunt, quod duxit Victoria. Bosius ergo cubilia germano-  
bonis sagacius odoratus, et am permissus jam annos latitante ex  
dilectissimis tenebris excusit in mediumque prodoxit, ut possint flu-  
diū omnes eam circa negotium consequi, et vero, et hujusmodi,  
πάλων ὅταν τέρος. Iunius, tamen, vulgatam, Victoriae, lectionem  
sequitur.*

**6.** *Compete.] Manutius emendavit, compello, sum, in omnibus libris  
legere ut campale.*

**7.** *Omnia pollicitos.] Vulg. omnia pollicitos.*

**8.** *Convenit illud, detinere habere.] Ita Victoria ex antiquo suo gen-  
se alegebat, commentari illud detinuisse.*

**9.** *Eadem dicit.] Bellariorum libet, eadem fera.*

**10.** *Proficere possim.] Vulg. possim.*

**11.** *Scire, quidquid erit.] Auctoriis Scidis sedendum fuisse Bosius,*

*videlicet, ut legendum suspicatur Malaspina; vulg. sive quid erit.*

**12.** *A' Δέκα τη Δέκη.] Sed hec quidem, quae tantæ acta sunt, omni-*

*cemus, licet cum micerore.*

**13.** *Iubet enim de profectione mea præsidere.] Isdem Scidis & Tornz-  
ianio auctoriis hoc quoque emendavit Bosius; Vulg. iubet enim præ-  
sidere meam præsidere.*

**14.** *Ei, si nisi fera.] Vulg. nisi si fera.*

**15.** *Nam & vici, & σλαβοί gente sunt.] Dixerat olim Lambino Bosius hic legendum videri, nisi & σλαβοί gentes sunt, hujusque fuz-  
sus suspicionis a stipulatorum codicem Tornzianum protulerat, ubi sic  
erat exaratum, & vici & diligentes sunt; sed postea liquido scriptum in  
Decorato respectu vici, quo lecto ita ipsius conjecturam confirmavit,  
ut eam tamquam certum & indubitatum in suam editionem non  
vertit si referet. Victor. & Manut. testantur miss. codices habentes, nisi  
& diligentes unde, νοσοί & diligentes sunt, legendum conjecterant, que  
& vulgariter lectio Germani adnotaverant, *νοσοί, ali, νοσοί.**

**16.** *Significatum theatru.] Auxilio meliorum exemplarium ita emen-  
davit Victoria, quum ante a coruptè legeretur significatum theatrum.*

**17.** *Melioris.] Vulg. melior.*

**18.** *Ἡδονὴ σλαβῶν ἀλωτῶν.] Ingenium, quo disciplinā  
subiçti & donari posse. Ex vacuum liberorum scriptura licet deprava-  
tissima, locum hunc emendavit Bosius. In Tornz & Cratelli, erat,  
ΑΚΙ ΑΛΑΟΔΟΝ, in Scidis, ΔΑΚΙΑ ΛΟΔΟΝ, conjectur-  
σι σλαβῶν ἀλωτῶν. Lambinos, olim antiquæ scriptura vestigia &  
Sch. Corradi conjecturam sequuntur, Ἡδονὴ σλαβῶν, ediderat, sed  
postea maluit legere ἀλωτῶν, Adrianus. Turnebus, ἀλωτῶν,  
Manutius μητρός. Bosius recte Lambino οὐ γνικόλος, Iunius  
ἢ θεοὶ, ἀλλὰ μολύβι emendavit, dicit, miss. Pal. habere ἀλωτῶν,  
quod & ipsi probatur vulg. Ἡδονὴ ΑΚΙΜΟΔΟΝ.*

**19.** *Aut ἀργεῖ non est σλαβῶν.] Virtus non est res disci-  
plinabilis, vel, qua tradī & doceri posse. Haec duo vocabula Gra-  
ca restituit Victoria, prius erant duo inania spacia que desiderari ali-  
quid significabant.*

**20.** *Aliqua mihi afferunt.] Bosius miss. sicut aliquam affirmat; unde con-  
jecit, aliquam mihi afferunt: mi enim μηροσυλλαβῶν pro, mihi, usq[ue] in  
his epistolis; vulg. aliquid affirmat ina dicit.*

scribes igitur: ac, si quid ad spem poteris, ne dimiseris. Tu Antonii leones pertimescas cave. nihil est illi homine jucundius. a attende περὶ τὸν πόλιτον, evocavit litteris e municipiis denos: 3 & 111. viti veneunt ad villam e jus manē, primū dormiit ad H. 111. deinde, cūm esset nuntiatum, venisse Neapolitanos & Cumanos, (his enim est Caesar iratus) postridie redire justi: lavari se velle, & πέμψει καθηλωτούς πάντας. hoc & hēre effecti, hodie autem in Ανατολā transire constituit, exilibus redditum pollicetur. Sed hæc omittamus, de nobis aliquid agamus. Ab Axio accepi litteras. De Titone gratum. Vextenum diligo. Vextorio reddidi. Servius pridie Nonas Maij Minternus mansisse dicitur, hodie in Literino mansurus apud C. Marcellum. cras igitur nos matutē videbit, mihiq; dabit argumentum ad te epistolæ, jam enim non reperio quid tibi scribam. Illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem, cūm præferim me valde observarit, videlicet (aut aliquid atrocius de me imperatum est) coram negare mihi non vult. quod ego nec rogatussem eram: nec, si imprestatum, crediturus, nostamen aliquid excogitabimus. Tu quofo, si quid in Hispaniis: jam enim poterit audiri: & omnes ita exspectant, ut, si recte fuerit, nihil negotii futurum putent. ego, autem nec, retentis his, conjectans rem puto; neque, amissis, desperatis. Silius & Ocellam, & ceteros credo retardatos. te quoque à Curtio impediri video. eti, ut opinor, habes δικαιονομίαν.

## CICERO ATTICO, 5.

**O** vitam miseram! Matusque malum, tam diu timere, quām est illud ipsum, quod timeatur! Servius, ut antea scripti; cūm venisset Nonis Maij, postulat ad me venit. ne diutius te tenetam, nullius consilii extine invenimus. nunquam vidi hominem perturbatorem meum; neque hercule quidquam timebat, quod non esset tuncendū; illum sibi iratum, hunc non amicum, horribilem utriusque vitoriam, cūm propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecuniarum, i 11 qua erui nunquam, nisi ex priuatum bonis posset. atque hæc ita multis cum lacrimis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuina miseria non exaruisse. mihi quidem etiam lippitudō hæc, propter

quam non ipse ad te scribo, sine ulla lacrima est, sed fāpius odiosa est proper vigilias. quamobrem quidquid habes ad consolandum, collige, & illa scribe, non ex doctrina, neque ex libris; nam id quidem domi est, sed necesse quo modo imbecillior est medicina, quām morbus: hæc potius conquire, de Hispaniis, de Massilia; quæ quidem satis bella Servius assert: qui etiam de duabus legiōibus luculentis auctores esse dicebat. hæc igitur si habebis, & talia, & quidem paucis diebus aliquid audiūt necesse est, sed redeo ad Servium. Distulimus omnino sermonem in posterum: sed & tardus ad excedendum: multo se in suo lectulo malle, quidquid fore, odiosus serupulus de filii militia Brundisina. unum illud firmissime assyerat, si damnata restiquerentur, in exilium se iterum. nos autem ad hæc, & ipsum certe fore, &c, quæ jam siebant, non esse leviora; multaque colligebamus. verū ea non animu[m] ejus augebant, sed timorem, ut jam celans magis de nostro consilio, i 3 quām ad idem videtur, quare in hoc non multum est. Nos à te admoniti de Cœlio cogitabimus.

## CICERO ATTICO, 5.

**S**ervius cūm esset apud me, Cephalio cum tuis litteris<sup>17</sup> vi. 10. venit: quæ nobis magnam spem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus (etenim hæc quoque, quæ in his locisunt, labare dicuntur.) eodem die Funisulanus à te attulit litteras, in quibus erat confirmatus idem illud. ei de suo negotio respondi cumulatè, cum omni tua gratia. adhuc non satis faciebat; debet autem mihi multis nummos, nes habetur locuples. nunc ait se datum, & cui expensos tulit; moram in tabellariis; si apud te esset, quæ satificissæ, dares. quantum sit, 15 Eros Philotimi tibi dicet. sed ad majora redeamus. Quod opus, Cœlianum illud maturat; itaque torqueos, utrum ventum exspectem. vexillo opus est: convolabunt. Quod suades, ut palam: prorsus assentior; itaque me profecitur puro. tuas tamen interim litteras exspecto. Servii consilio nihil expeditur. omnes captiones in omnib[us] sententiis occuruntur. unum C. Marcellio cognovi timidorem; quem consulem fuisse penitus; 16 ὁ πόλις ἀγαρίτειος<sup>18</sup> qui etiam Antonium confirmasse dicitur, ut me impedit; 17 quo ipse, credo, honestius. Antonius autem

Non. 5. VI. 10.

2. Si quid ad spem potius ne dimiseris. Ita legi in mss. codicibus testatur. Vici, sed tamen in suam editionem referre auctor non est, sed recentem lectionem retruit, licet ipsi aliquantulum suspectum: ex auctoritate ipsius me de mysteriis.

3. Attende περὶ τὸν πόλιτον.) Factum civedignum reip dediit. Hoc quoque Vici, ex antiquo suo: uantes iegabatur. Δέκατη.

4. Et illi viri veneruntur. Placeat Vici: veteris libri scriptura, quæ est. Et illi viri veneruntur.

5. Πέμψει καθα.) In alvo solvendā occupatum esse.

6. Hereditati. Vulg. heri.

7. A Curtis.) Et hoc Vici, ita emendavit, licet in mss. codd. haberent & Curtis, vulg. a Curtis.

8. Καταγέδεσσον.) Veredum impigrum. Vici, restituit in codd. existens hic inane spatum relictum fuisse, quod Germani completo. videntur in τῷ τοῦ ἀγαρίτειος, alli, in τῷ τοῦ πλαστίαν: sed

9. cum neutrallarum lectionem placuisse, reponuit. Sothe. 180, licet ei penitus non considerat. Lamb. olim legi purabat στίχον, & r̄, conjectas factas ex quo r̄ndam mss. vestigis, i 20. τεσσάρα, nisi quis male: legi, i 21. οὐτε ὡρ, postea ex cod. Torn. qui habet. EKITA ONON. Probabilem putabat lectionem Vici. Scytha ὡρ: sed tandem probata Simeonis Boſ. ut sit, conjecta, legendum arbitratus est. Μίλιον. Boſ. quod falso affert Boſ. dicteque se nunquam putata legendum, αὐτοὶ. ὡρ, tantum abest ut ei dixerit auct. scripsit. ita sicut sit so-

mnivit, aut, quod putat, aliter ipsius verba accepit quām dixerat. Et enim aliquando stām hoc de loco indicata suspicione Boſ. paucis que demonstrat hæc reponendum videti. ηληγε, οὐκονος; unde ille nescio quem affinu verendum commentus est. Ceterum hanc conjecturam, lectio Dec. quamquam depravata, confirmat. ΚΔΗΤΑ OKNON. Huic etiam emendationi adstipulatur Iun.

9. Οὐτισμὸν misera.) Hic in initio epistolæ docit Dec. quem sequuntur est Boſ. In non repugnante. Totus autem hic ambitus (O v. m. m. s. d. 9. 2. i. g. 1. Superiori est folio in Vulgaris editionibus annexatur.

9. Σοττονιαστα.) Hic in initio fecit Man. alterius epistolæ, quum prius hæc & superiora unam constituerint epistolam.

10. Λαγκανισμα.) Libritu vulgar, quæ fratre sine p̄d & contra sententiam Ciceronis.

11. Τετταδεκάτη.) Vulg. tardius ad excedendum:

12. Λεγειν ad idem videtur.) Ita in antiquioribus scriptum fuisse opinatur Vici, ut sic relatio magis de nostra consilio quam ad hibens videtur, pro adhibendis, postea mutuatis, fuisse in idem videtur.

13. Οὐτισμὸν tulerit.) Hinc lacunam ita edebat Dec. non ait se dare, cum expensi: intermissionem in tabellario: & quibus ē verbis id tantum mutavit Boſ. quod pr̄ expensi, depositum, expressus, & post verbum intermissione addidit τετταδεκάτη. Boſ. interpretationem laudat fun. sed expensi: an expensi: legas Latinitatis non referre ait. hoc tamen eleganter.

14. Ετεροφύλακα.) Ex mss. libris Boſ. emendavit Vici ante, Rente.

15. Οὐτολλῆς ἀγαρίτειος.) O multam animi graviam. Meliorum codicium auxilio verba hæc Græca: idem restituit Vici.

17. Λαγκανισμα.) Vulg. que ipſa.

p. 62.

vi. i. d. Caput propositus est: ad me misit, se pudore de-  
territum, ad me non venisse, quod me sibi succensere pu-  
taret. ibitur igitur, & ita quidem, ut censes; nisi cujus  
gravioris persona suscipienda spes erit ante obara, sed  
vix erit tam cito. i. Alienus autem prætor putabat a-  
liquem, si ego non, ex collegis suis, quivis licet, dummo-  
do aliquis. De foro laudo. De Quinto pueru, datus  
opera. Speso esse meliora. de Quinto fratre scito cum  
non mediocriter & laborare de usura: sed adhuc nihil à  
L. Eguatio expressit. Axius de xii. millibus pudens,  
sepe enim adscripsit, ut Gallio, quantum is vellat, darem,  
quod si non scripisset, possemne aliter? & quidem sae-  
pum pollicitus; sed tantum voluit citius. & me verò adju-  
varent bis in angustiis. sed distillorū verum aliás. Te à  
quartana liberatum gaudeo, itemque Piliam. Ego, dum  
panes, & cetera in navem parantur, excuro in Pompejanum.  
Veckeno velim gratias, quod studiosus. Si quem-  
quam nactus fueris, qui perferat; litteras des ante, quād  
discedimus.

## CICERO ATTICO, S.

16 C OMMODUM ad te dederam litteras de pluribus re-  
bus, cum ad me bene mane Dionysius fuit: cui qui-  
dem ego non modo placabilem me præbuissem, sed totum  
renuissem, si advenisset quā mente tu ad me scriperas.  
erat enim sic in tuis litteris, quas Arpini accepseram, cum  
venturum fasturumque, quod ego vellem, ego volebam  
autem, vel cupiebam potius, esse eum nobiscum. quod  
quia planè, cum in Formianum venisset, præciderat, alpe-  
tius ad te de eo scribere solebam. at ille per pauca locutus,  
hanc summam habui orationis, & ut sibi ignoresem, se  
rebus suis impeditum nobiscum ire non posse. pauca re-  
spondi, magnum accepi desolare, intellixi fortunam ab eo  
nostram despectam esse. quid quāris? fortasse miraberis:  
in maximis horum temporum doloribus hunc mihi scio  
esse. velim, ut tibi amicus sit. hoc cum tibi opto, opto  
ut beatus sis. erit enim tam diu. Confidum nostrum  
spero vacuum pericolo fore. & nam & dissimulabimus, &c.,  
ut opinor, acerrime adscrivabimus, navigatio modo sit,  
qualem opto. cetera, quā quidem consilii provideri potue-  
runt, cavebuntur. tu, dum adsumus, non modo quā scie-  
ris, audieris, sed etiam quā futura providebis, scribas  
velim. Cato, qui Siciliam etiam tenere nullo negotio  
potuit, &, si tenuisset, omnes boni ad eum se contulis-  
sent, Syracusis propositus est ante diem viii. Kal. Mai.  
ut ad me Curio scripsit. utinam, quod ajunt, Cotta Sar-  
diniam teneat. est enim rumor. &, si id fuerit, turpem

Catonem! Ego, ut minuerem suspicionem propositio-  
nis, aut cogitationis meæ, propositus sum in Pompejanum  
A. D. IIII. i. d. ut ibi essem, dum, quā ad navigandum  
opus essent, pararentur. cùm ad villam venissem, ven-  
tum est ad me: centuriones trium cohortium; quā  
6 Pompejus sunt, & me velle postridie; & (hæc mecum Nin-  
nius noster) velle eos misit se & Oppidum tradere, at ego  
tibi postridie à villa ante lucem, ut me omnino illi ne vi-  
derent, quid enim erat in tribus cohortibus? quid si plu-  
res, quo apparatu; cogitavi eadem illa Coeliana, quā legi  
in epistola tua, quam accepi, & simul & in Cumanum ve-  
ni, eodem die; & simul fieri poterat, ut tentaremur. o-  
mnem igitur suspicionem sustuli. sed cum redeo, Horten-  
sius io. venerat, & ad Terentiam salutatim diverterat;  
sermone erat usus honorifico erga me. tamen eum, ut pu-  
to, videbo, milis enim puerum, se ad me venire, hoc qui-  
dem melius, quam collega noster Antonius: cuius inter li-  
ctores lectica mima portatur. Tu, quoniam quartana ca-  
res. i. & nedum morbum removisti, fed etiam gravedi-  
nem, te vegetum nobis in Græcia siste; & litteratum ali-  
quid interea.

## CICERO ATTICO, S.

P R I D. Idus Hortensius ad me venit scripta epistola. 17  
12 vellem cetera ejus. quā in me incredibilem invi-  
tebam! quā quidem cogito uti, deinde Serapion cum epi-  
stola sua: quā prius quā aperiussim, dixi ei, te ad ope-  
re scripsi ante, ut feceras. deinde, epistola lecta, cu-  
mulatissimè cetera: & hercule hominem probo. nam &  
doctum, & probum existimo. quin etiam navi ejus me &  
ipso convectore usurpo. Cræbro refracta lippitudo,  
non illa quidem peridiosa, sed tamen quā impediat scri-  
ptionem meam. Valerudinem tuam jam confirmatam  
esse & à vetere morbo, & à novis tentationibus gaudeo.  
Ocellam vellem haberemus. videntur enim esse hac pau-  
do frictib[us]. nunc quidem æquinoctium nos moratur,  
quod valde perturbatum erat. 13 id si ἀρρεγεται erit, utinam  
idem maneat Hortensius: siquidem adhuc erat; libera-  
lius esse nihil potest. De diplomate admiraris; quasi ne-  
scio cujus se flagitiū iusimularem. negas enim te reperire,  
qui mihi id in auentem venerat. ego autem, qui scrip-  
tas te profici cogitare. (etenim audieram, nemini alii  
ter licet.) eo te habere cœlebam; & quia pueris diploma  
sum seras, hab' s causam opinionis meæ; & tamen velim  
scire, quid cogites, in primisque si quid etiam nunc novi-  
est. 14 xviii. Kal. Jun.

CI.

1. Alienus autem. Vulg. Halimus autem.

2. Laborare de sive. Legendum videtur Vrl. de versaria.

3. Sapientia adscripta. Verus Vrl. liber sapientia ad mescripta.

4. de rebus adiuvantibus in angustia sed die ista. Verum aliis. ) Hoc  
quaque Vlt. ex veteri scriptura velutq[ue] restitutus vel etiam. Mi. vero  
aduertentur in angustia fidulæ: priore lectionem ex Torn. retinet  
Tamb. vulgata lectione etiæ q[ue] Bell. mss. de rebus adiuvantibus huic  
angustia. Sed in libro quam tuentur Man. & Corrad.

5. Vesp[er] ignoscere. Sibi deest in vulgaris.

6. Nam & dissimulabimus, & ut spinos, acerrimè adscrivabimus. Ita hi-  
bere numeri msi. testatur Lambin qui tam in locum mendosum suspic-  
tur, hancæ altera conjecturamq[ue], ut spinos, acerrimè adscrivimus. Bos.  
lectionem msi. Pall. conscientibus retinet lvn.

7. Pompeja sunt. Vulg. Pompeji sunt.

8. Id velite postridie, in Torn. ei. sive velle postridie convenire; sed pura  
Bos. vedum, ceterum, additum suffic ex glossatore, nam in aliis mss.  
non comparabatur; quod tamen reuelandum censet Lamb.

9. Nec mecum. Non enim. ) Vlctor. pro. Minimis, quod aetas legebatur,

Non enim restituuntur vett. codi.

10. Sicut &amp; in Lamanum. Et, deest in Vulg.

11. Et velut usum removisti. Perforico legitur in Tornet & Dec.  
nominis, omni, ut in libris Mal. cujus hæc iudicium sequitur. Bot. Vlct. &  
n. usum m[od]i verbū legi; quod etiam in Torn. extare dicit Lamb. si cre-  
deret f. scilicet q[ue] vulgata lectionem, n[on] m[od]i verbū, retinet, testatur  
que Memm. codices, n[on] m[od]i verbū, Bos. lectionem habere; quam mss.  
Pal. conscientibus probat lvn.12. Velle ceteraque quā in me incredibilem in. ) Legit. i. v.  
Epist. ii. Quæ Epistolicarum Lpl. scilicet ceteraque quā in me incr. &c.13. Id si ἀρρεγεται erit, utinam, &c. ) Liquidum non perturbatum.  
Scriptis, ἀρρεγεται, Bos. emenda data veteri scriptura Dec. ari. & vulg. id sci-  
tum erat etiæ utinam, & sed omni non mendosum,14. XVII. Kal. Jun. ) Hoc aperte mendosum & se glerit Man. purpure  
esse initium sequentis epistolæ & legendum fortasse. XVII. Kal. quod si  
ne causa reperitur est post verbum, operit, idque credendum eo magis  
dicit, quod plerique hujus libri epistolæ adscripiunt diem non habere  
& est mutatio minus, sive Vlct. dividis in II, quā ipsa in nota peccatum  
sitæ à literatis.

## CICERO ATTICO, S.

**T**ULLIA mea peperit **XIIII.** Kal. Jun. puerum quidem est natum, perimbecillum est. Me misericordia tranquillitates adhuc tenuerunt, atque maiore impedimento fuerunt, quam custodia, quibus asservor. nam illa & Horatius omnia suere infantia. ita si sit homo nequissimus, & Salvio liberato depravatus est. Itaque posthac non scribam ad te, quid factus sim, sed quid fecerim. omnes enim **Kaevias**, videtur subfuscatae, qua loquor. Tamen, si quid de Hilpanis, sive quid aliud, perge quicquid scribere; nec meas litteras exspectaris, nisi cum, quod o-

pio, pervenimus, aut si quid ex cursu. Sed hoc quoque timide scribo. **5** **ta** **ora** **tarda** **ad** **huc** & **spissa**. **ut** **M**  
**A**  
**I**  
**z** poluiimus initio, sic cetera & sequuntur. **7** fors **pietas** nunc lequimur, eadem nos fortasse futuræ persequentur. ex Balbi autem scilicet, quem tecum habuit non probamus de Melita. dubitas igitur, quin nos in hostium numeris habeat? scripsi equidem Balbo, te ad me de benivolentia scripsisse & de suspicione, egi gratias. de altera ci mi puiga, & ecquem tu hominem infeliciorem? non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipse confidior, venisse tempus, cum iam nec fortiter, nec prudenter quidam facere possim.

**1.** **N**atura. Hæc epistola superiori agglutinata est in editione Vlct. qualem manum restituimus additione dies quo peperit Tullia.

**2.** **E**n*tertia*. Septembris.

**3.** **H**oratius. Felicitate peperit **H**oratius, perpetam in m. suo letat. **Vlct** pro **so** **lute**.

**4.** **H**oratius amica. Vulg. **H**oratiana amica.

**5.** **T**u **s**te **r**eda **ad** **ne** & **spissa**. Ea quo funex usu. Has Græcas voces refer Torn. ITA ONIA, Dec. TA ONIA, unde emendavit Bos. **ga** **s**te. Vulg. **tra** **m**ata **ad** **ne** & **spissa**.

**6.** **S**equuntur. Vulg. sequuntur.

**7.** **F**ermias nunc sequimur, eadem nos fortasse? **M**ias, Piaculum. Bosi omnes prisci, **P**unias ex quo fecit, fermias. **F**ermias, autem ex m. restituerat Vlct, quom legere prius. **F**ermias: non quid mutatio aperire sententiam, sed maluit scripturæ antiquæ habere rationem, quam novæ quod etiam sequitur est lun. Lamb. olim sequitur codicem Torn. legebat. **F**ermias, sed postea maluit legere scripturæ nunc sequimur, dicitque docto cuidam viro legendum videris. **Phi** **eyn** **ph** **o** **ne** **sequimur** **eodem** **nos** **fortasse** **Phi** **eyn** **ph** **o** **ne** **sequimur** **eodem** **nos** **fortasse**.

**8.** **E**quum tu hominem. Jun. ait dues mss. Pal. habere, sequimur, & ait unde repulit, obsequimur.

# M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER UNDECIMUS, AD ATTICUM.

## CICERO ATTICO, S.

**C**ONSPI à te signatum libellum, quem Ameros attulera; ex quo nihil scire posui de nostris domesticis rebus; de quibus acerbissime afflitor, quod, qui eas dispensavit, neque adest iste, neque, ubi terratum sit, scio. omnem autem spem habeo existimationis, priuatorumque rerum in tua erga me mihi perspicillissima benivolentia: quam si his temporibus misericordia extenuis praefliteris, hac pericula, que mihi communia sunt cum ceteris, fortiuferam: idque facias, te obtestor, atque obsecro. ego in cistophoro in Asia habeo ad n. s. bis & vices. hujus pecunia permutatione eadem nostram facile tuebile: quam quidem ego nisi expeditum relinquere putarem, credens ei, cui tu scis jam pridem minimè credere, commoratus esse paullisper, nec domesticas res impeditas reliquimus: ob eamque causam serius ad te scribo, quod fieri intellexi, quid timendum esset. Te etiam atque etiam oro, ut me iouiam tuendum suscipias; ut, si ille salvi erunt, quibuscum sum, una cum iis possim incolimus

esse, salutemque meam benivolentia tua acceptam referre.

## CICERO ATTICO, S.

**L**ITTERAS tuas accepi pridie Nonas Febr. coque ipso 2 die ex testamento crevi hereditatem. 1 ex multis meis miserrimis curis est una levata, si, ut scribis, ista hereditas fidem, & famam meam tueri potest, quam quidem te intelligo, etiam sine hereditate, tuis opibus defensurum fuisse. De dote quod scribis, per omnes deos te obtestor, ut totam rem suscipias, & illam miseram mea culpa & negligencia taceat meis opibus, si quæ sunt; tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus; cui quidem decelle omnina quod scribis, obsecro te noli pati, in quos enim summus abeunt struttus prædiorum? jam illa n. s. l. x. quæ scribis, nemo mihi umquam dixit ex *dōcessi* detrausta, numquam enim esse passus. sed haec minima est ex iis injuriis, quas accepi; de quibus ad te dolore & lacrimis scribere prohibeo. Ex ea pecunia, quæ fuit in Asia, partem dimidiam ferre exegi, tutius videbatur fore ibi, ubi est, quam apud Publicanos. Quod me mortuari, ut firmo animo: vellem posse aliquid afferre, quamobrem id facere possem. sed si ad ceteras miseras accessit etiam id, quod mihi Chrysippus

**1.** **E**x multa miseria entis est una levata. **2.** Antea legebatur ex multa miseria entis est una levata; pro multa fuit, reposito Vlct multa m. pro, est una levata, Lamb. & Boch. Torn. Dec. & Crat. re-

scriperunt, est una levata; Ant. August. n. legebat, est una levata. Fulv. ait in uno m. hujus scripturæ vestigium aliquod apparet, *entis spic* est una levata. Grati, inclinabas in dirata, hoc est mortua.

Sippus dixit parari, tu nihil significasti de domo: quis me miserio uno jam fuit? oro, obsecro, ignoscere: non possum plura scribere. quanto mortore urgari, profecto vides: quod si mihi communis cum ceteris esset, qui videntur in eadem causa esse, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior esset. nunc nihil est, quod consoletur; nisi quid tu efficis, si modo etiam nunc effici potest, ut ne qua singulata afficiar calamitate, & injurya. Tardius ad te remissi tabellarium, quod potestas mittendi non fuit. At tuis & nummorum acceperis h. s. LXX. & vestimentorum quod opus fuit. Quibus tibi videbitur, velim des literas meo nomine. nosti meos familiares. signum requirent, aut manum: dices iis, me propter custodiad ea vitasse.

## CICERO ATTICO, S.

**Q**uid hic agatur, scire poteris ex eo, qui litteras attulit: quem diutius tenui, quia quotidie aliquid novi exspectabamus; neque nunc mittendi tamen ulla causa fuit, prater eas, & de qua tibi referiri voluisti. Quod ad Kal. Quint. pertinet, quid velle; utrumque grave est, tam gravitatem, periculum tantum pecunia, & dubio retum exitu & ictu, quam scribis abruptio. quare, ut alia, sic hoc vel maximè tua fidei benivolentia que permitti, & illius consilio, & voluntati: cui miseris consuluisse melius, si tecum olim coram potius, quam per litteras, de salute nostra, fortunisque deliberavisse. Quod negas pricipium mihi ullum incommodum impendere, & si ista res nihil habet consolationis, tamen etiam principia multa sunt, 4 quod tu profecto vides, ut sunt, & gravissima esse, & me facillime vitare potuisse; & ea tamen erunt minora, si ut adhuc factum est, administratione diligentia que tua levabuntur. Pecunia apud Egnatium est. 5 sit à me, ut est, neque enim hoc, quod agitur, videtur diuturnum esse posse; ut scire iam possim, quid maximè opus sit: & si ego rebus omnibus; quod is quoque in angustiis est, 7 qui cum sumus; quo magnam dedimus pecuniam mutuam; & opinantes, nobis, constitutis rebus, eam rem etiam honori fore. Tu, ut antea fecisti, velim, si qui erunt, ad quos aliquid scribendum à me existimes, ipse conficias. Tu salutem dic. Cura, ut valeas. in primis id, quod scribis, omnibus rebus cura & provide, nequid ei deficit, de qua scis me miserium esse. Idibus Jun. ex casistris.

## CICERO ATTICO, S.

**A**cepis ab Iudoro litteras, & postea datas binas. ex proximi cognovi prædia non venisse. videbis ergo, & si sustentetur perte, de Frasinatu, si modo futuri sumus, erit mihi res oportuna. Meas litteras quod requiris, impedi non opa rerum, quas nullas habeo litteris dignas; quippe cui nec, quæ accidunt, nec, quæ aguntur, illo modo probentur. utinam coram tecum olim potius, quam per epistolam. 10 Hic tua, ut possim, tueri apud hos, & cetera. Celer ipse, fugi adhuc omne manus, eo magis, quod ita nihil poterat agi, ut mihi, & meis rebus aptum

esset. quid sit gestum novæ, quæris: ex Iudoro scire poteris: reliqua non videntur esse difficilliora. Tu id velis, quod scis me maxime velle, cures, ut sensibis, ut facis. 12 Me conficit sollicitudo, ex qua etiam summi infinitas corporis: qua levata, ero unum cum eo, qui negotium gerit, estque in sp̄e magna. Brutus amicus in causa versatur, citrū. Haec tamen fuit, quod cautè à me scribi posset, Vale. De pensione altera, oro te, omni cura considera, quid faciendum sit, ut scripti iis litteris, quas Pollex tulit.

## CICERO ATTICO, S.

**U**ia a me causa moverint, quāc acerbæ, quāc graves, & quāc novæ, coegerintque impetu magis quodam animi ut, quām cogitatione, non possum ad te sine maximo dolore scribere: fuerunt quidem tantæ, ut id, quod vides, efficerint itaque nec quid ad te scribam de meis rebus, nec quid à te petam, reperio. rem, & summam negotii vides, equidem ex tuis litteris intellexi, & iis, quas communiter cum suis scripsi, & iis, quas tuo nomine, quod etiam mea sponte videbam, 13 te subdebilitatum novas rationes tuendi mei querere. Quod scribis place, ut propius accedam, iterque per oppida, noctu faciam; non sane video, quemadmodum id fieri possit. neque enim ita apta habeo diversoria, ut tota tempora diuina in his possim consumere; neque ad id, quod quæris, multum int̄est, utrum me homines in oppido videant, an in via. sed tamen hoc ipsum, sicut alia considerabo, quemadmodum commodissime fieri posse videatur. ego prepter incredibilem & animi & corporis molestiam confidere plus litteras non potui: iis tantum rescripsi, à quibus acceptaram tu velim 14 & Basilio & quibus præterea videbitur, etiam Servilio conferbias, ut tibi videbitur, meo nomine. Quod tāto intervallo i nihil omnino ad vos; profecto intelligis rem mihi deesse, de qua scribam, non voluntatem. Quod de Vatinio quaris: neque illius, neque cujusquam mihi præterea se officium decesset, si reperi possent, qua in te me juarent. 17 Quintus avertissimo à me animo Patris fuit, eodem Corcyra filius venit, inde profectos eos unā cum ceteris abiit.

## CICERO ATTICO, S.

**S**OLLICITUM esse tecum de tuis communibusque forstunis, tum maxime de me, & de dolore meo, sentio: qui quidem dolor meus non modo non minuitur, cū sum solum ibi adjungit dolorem tuum, sed etiam augetur. omnino pro tua prudentia sentis, qua consolatione levari maxime possim. probas enim meum consilium, negasque mihi quidquanti tempore potius faciendum fuisse, ad dis etiam, quod et si mihi levius est, quā tuum judicium, tamen non est leve) ceteris quoque, id est, qui pondus habeant, factum nostrum probari, id si ita putarem, levius dolerem: credere inquis, mihi, credo equidem: sed scio, quā copias minui dolorem meum. Me discessisse in armis, nungam penitus; tanta erat in illis crude-

1. De quæ tibi referibi vobis. Quod ad Kal. Pantag. interpongebat, De quæ tibi referibi vobis quod ad Kal. Quæritur perte.
2. Iba quæ scribi abruptio. 3. Alii scribunt, iste quæ scribi abruptio. Antiquior Vick habet, abruptio, non abruptio.
3. Et si iste mihi habet eis. Lamb. ait legendum esse libris omnibus invicem, et si iste non mihi habet eis. vulgatam enim lecti scribi non posse.
4. Quæ tu profecto vides ut sunt & gravissima.) Lamb. & Bos. ex Torn. & Crof. ita legendum in vulg. h. dux voces, ut sunt, non leguntur.
5. Et tamen erunt in uera.) Lamb. malit. legi, erunt tenuiss.
6. Si am. ut s. Hic Vick. si aliquid immutandum sit, apud me, pro, & molpus in lagere.
7. Quicun sumus.) Nihil mutat Lamb. quamvis codex Torn. habeat, quicun sumus.
8. Opianter. 9. Et rescriptit ex antiquiore suo Vick. antea legebatur, spinis.
9. Ut sustentetur perte. De Frasinatu Jun. & miss. Pal. legit, ut sustentetur partitum de Frasinatu, &c. & sit esse evidenter lenientiae.

10. His in usus pessum. Ita reposuit Vick. opa veteris sui, qui habebat, latiss. pro eo quod ante legebatur, nulla ut pessum. Ceterum Lamb. dicit se plane scriptum repperisse in Torn. Hic tamen ut pessum. &c.

11. Cetera ceteri ipse fugi adhuc. Ita Pantag. distinguerebatur, Vrs. vero ita. Cetero, ipse fugi. Man. malchabat cetera cetero, ut est in antiquo Speciani libro.

12. Et confitit felicitando.) Ingenua hæc est lectio quam habent vetera exemplaria teste Vick. præcis erat, me confitit felicitando.

13. Te subdebilitatum novas.) Vulg. se subitare quasi debil. nov. &c.

15. Et Basili. Vol. g. & Basili.

16. Nihil erunt ad nos. Torn. & Crof. nihil eminus ad res scriptis litteris, sed illud, scripta littera abessit ad Deo. Se putat. Bos. ex aliquo glossatore profectum esse.

17. Officium decessit.) In Crof. erat, decessit, quæ scripturæ contractio debet explicari ut hic editum est. vulg. decessit.

18. Quintus excepit me animo Patrio.) Rescripto hujus loci est à Vick. antea habebatur, quæ excepit me animo Patrio fuit.

crudelitas, tanta cum barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatum, sed generatum prescripto esset informata; ut jam omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona, prædam esse illius victoriae; vestrum, plane dico, numquam enim de te ipso, nisi crudelissime, cogitatum est. quare voluntatis mea: numquam possebitur: consilii pœnitentia. in oppido aliquo male rem edidisse, quo ad accerterer minus sermonis subtiliter, minus accepit sensu doloris: ipsum hoc me non angeret. Brundissi jacte, in omnis parte est molitum, proprius accedere, ut suades, quo modo sine lictoribus, quos populus dedit, possum? qui mihi incolunt ad mi non possunt. i quos ego modo paullisper cum bacilliis in turbam conjecti ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret. a recipio tempore me deop̄ḡtis nunc ad Oppium, Cornelium: iis placet modo proprius accedere, ut hac de re considerent: credo fore auctores: sic enim recipiunt, Casari non modo de confervanda, sed etiam de augenda mea dignitate cura fore: meque hortantur, ut magno animo sum; ut omnia lumina (perem: ea) spondent, confirmant, que qui dem mihi exploratoria essent, si remanissem. sed ingero paxterta. vide, quas oportet ea, qua restant, & exploratum istis: & si putabis opus esse, & si istis placebit, quo magis factum nostrum Cæsar probet, quasi de suorum sententi factum, adhibeat Trebonius, Pansa, si qui alii; scribantque ad Cæarem, me, quidquid fecerim, de sua sententia fecisse. Tulliz me moribus, & imbecillitas corporis me exanimat: quam tibi intelligo magna cura esse: quod est mihi gravissimum. De Pompeji exitu mihi dubium numquam fuit. tanta enim desperatio rerum eius, omnium regum, & populorum animos occuparat, ut quocumque venisset, hoc pararem futurum. non possum raptus non dolere. hominem enim integrum, & castum, & gravem cognovi. De Fannio consoler te? perniciosa loquebatur de mansione tua. L. vero Lentulus Hortensii libi, & Cæsaris hortos, & Bajas desponderat, omnino hac eodem modo ex hac parte sunt: nisi quod illud est infinitum, omnes enim, qui in Italia 3 manstant, hiscum numero habebantur. sed velim haec aliquando solutiōne animo. Quintum fratrem audio profectum in Africam, ut deprecaretur, de filio nihil audiri. sed quæ ex Diochare, Casari liberto, quem ego non vidi, qui illas, & Alexandreas litteras artulit. is dicitur vidisse an eum, an in Asia? Tuas litteras, prout res postulat, exspecto: quas velim cures quamprimum ad me perferendas. IIII, KAL Decembri.

## CICERO ATTICO, 8.

**G**RATIAS tuæ mihi litteræ sunt, quibus accuratè perscripsi omnia, quæ ad me pertinere arbitratus es: 1. Fac tu igitur, ut scribis illis placere, iisdem istis lictoribus me atti, quod concessum Sestio sit; cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos, audio enim cum ea S. c. improbat, quæ post discessum tribunorum facta sunt. quæ poterit, si volet sibi consolare, nostros lictores compbare, quamquam quid ego de lictoribus, qui p̄ne ex Ita-

4. Ita ad meam manum redi, abhinc eam hæc scutulis. 4. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 5. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 6. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 7. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 8. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 9. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 10. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 11. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 12. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 13. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 14. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 15. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 16. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 17. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis. 18. Ex Dec. hoc est: vulgo, ad meam manum redi, etiam eam hæc scutulis.

12. Facile. Ep. hæc apud ali: os XIX. est.

13. Tantum velim, ut intermitas. 14. Vulgo, tantum velim ut præstiam hæc efficiam intermitas.

15. Quæ cuncti. Vbald lib. præscripti, habet, eauter, quod longe præfert illi alterum locum Lamb.

16. Apud *scriptor* illas velim; ut præstiam adversas. ego hujus miserrima

facultate confessus confessus. E. v. 1459, hominem explorat fidei, cui tu-

to credi poset. Tunc hæc ita referebatur, apud epistles velim, ut præstiam

17. Quæ quidem. Mal' in quibusdam salsis. 18. Panig corrigebat, non erat Canticumque eum regari. Iun. conjicis

ne contraria. 19. Ex Dec. hoc est: vulgo, totum locum sic commode recti ut posse

existimabatur, si legerecet. Script. ad epistles, velim ut præstiam adversas

ego hujus miseriae et facultate confessus confessus. Corrad. Lamb. &amp; duo e-

ius amici operis juncti via emendabant: Script: apud regum præstiam, re-

lum, ut præstiam, vulgo legitur, apud epistles, velim, ut præstiam ego adversas

hujus miseriae et facultate confessus confessus.

18. Ego hujus miseriae, j. un. pro. rego, reponit rego.

19. Simile natum. Vbald. lib. et lexicum. suum judicium non inter-

ponit: Man. cum neque hanc neque illam lectionem percipiat.

20. Liquet. Vulg. liquet.

M. TULLII CICERONIS  
EPISTOLARVM  
LIBER DUODECIMUS,

AD

## ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.



**N**DECIMO die postquam à te discesseram, hoc litterarum exaravi, egrediens ē villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, pōstero autem in Tusculano; ibi unum diem. v. Kalend. igitur ad constitutum: atque utinam continuo ad complexum meū Tulliæ, ad oculum Atticæ possim currere. quod quidem ipsum scribe quæso ad me; ut, dum consilio in Tusculano, sciam, 2 quid garriat: sin rusticatur, quid scribat ad te: eique interea aut scribes salutem, aut nuntiabis, itemque Pilie: & tamen, etiā continuū congressus sumus, scribes ad me, si quid habebis. Cum complicarem hanc epistolam, noscubundus ad me venit cum epistola tua tabellaria; qua lecta, de Attice febricula & scilicet valde dolui. reliqua, quæ expectabam, ex tuis litteris cognovi omnia. sed quod scribis; 3 igniculum matutinum; 4 *πρόποντας τέρεος* est *memoriola* vacillare. ego enim sv. Kal. Axio dederam, ibi 2. Quinto quo die venissim, 4 id est sv. Kal. hoc igitur habebis, novi nihil; quid ergo opus erat epistola? quid, cum coram sumus, & gartrius quidquid in bucam? est profecto s quiddam λέξην, quæ habet etiam si nihil subest, collocatione ipsa suavitatem.

CICERO ATTICO, S.

**H**ec rumores tamen Murcum periisse naufragio, A. 2. Linium delatum vivum in manus militum; 7 L. naves delatas in Uricam refatu hoc, Pompejum non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, ut Patietus affimat, sed auctor nullius rei quisquam. Habet, quæ

dum tu abes, locuti sunt. Ludi interea Prænesti. ibi Histii, & isti omnes. & quidem ludi dies octo. quæce-  
na? quæ delicia? res interea fortasse transalpa est. ö miros  
homines! at Balbus ædificat. 8 *τι γένος αὐτῶν μήδη?* verum  
9 si quæris, homini non recta, sed voluptatia querenti  
nonne *το βεβίωτας;* Tu interea dormis. jam explicandum  
est *πρόποντας*, si quid asturus es. si quæris quid pu-  
tem, 11 ego fructum puto. sed quid multa? jam te vide-  
bo; & quidem, ut spero, de via recta ad me. simul enim  
& diem Tyrannoni constituemus, & si quid aliud:

CICERO ATTICO, S.

**V**NDE te puto minus blandum esse, quam me, 12 &  
si uterque nostrum est aliquando adversus aliquem,  
inter nos certe numquam sumus, audi igitur me hoc  
13 *ἀγγελεῖτες* dicentem. ne vivam mi Attice, si mihi  
non modo Tusculanum, ubi ceteroqui sum libenter, sed  
*πράξεις* ῥηγμantia sunt, ut sine te sum totos dies. quare  
obduretur hoc triduum; ut te quoque ponam in codem  
xib; quod ita est profecto. sed velim scire, hodiene statim  
de auctione, 14 ecquo dieve venias. ego me interea  
cum libellis. ac molestè ferò Vennonii me historiam non  
habero. sed tamen, ne nihil de re, nomen illud, quod à  
Cæsare, treis haber conditions, aut emitionem ab hafta;  
(perdere malo: etiā, præter ipsam *τυπιδινην*, hoc ipsum  
puto esse perdere.) aut delegationem à manice, annua  
die; (quis erit, cui credam? aut quando ipse Metonis an-  
nus veniet?) aut, Vecteni conditione, semiannis. *σενάριον*  
igitur. ac vereor, ne iste jam auctionem nullam faciat,  
sed, ludis factis, 15 *κλέψη* subtilio currat. ne talis vir  
ἀποζημηθῇ, sed *πειθάσῃ*.

CI-

1. *Uid garriat: sin rusticatur.*) Hanc Germanorem lectiōnem meliorē  
inseriōremque judicavit Vičt. antea legebat, quid garriat  
in rusticatu.

2. *Sellata.*) Vulg. videlicet.

3. *Igniculum matutinum; πρόποντας τέρεος.*) Sunilius. Lambilegit igni-  
culum matutinum πρόποντας πρόποντας τέρεος.

4. *Id est II. K. 4.*) Optimus hic conjector fuit Manut. auctore Bosio ex  
Dec.

5. *Quiddam λέξην.*) Vulgo quedam λέξην.

6. *Hierumates remen.*) Epistola initium fecit Man. eique fide Dec al-  
lelus Bol. calamus anteas, qualiparæ esse antecedens epistolæ, continua-  
ta oratione legere potest. Ciceron. Faſen. pro volgata lectiōne. Hierumates  
ist. T. M. perisse naufragio, legebat. Hierumates est causa Murem perisse  
naufragio, quod Vr. rectum videtur; hujus enim Statii Murei præno-  
menon, *Ti mura* ledas. Encyclo. fuit qui videatur in familia Statia.

7. *L. naves delatas in Uricam.*) Ita Vičt. ex antiquis codicibus; antea  
2. descelerabatur.

8. *Ti γένος αὐτῶν μήδη?*) Quid enim illi currit est. Moc quoque Vi-

ctor. restituit, antea legebatur. *Ti γένος αὐτῶν μήδη?*

9. *Si quæris, homini non recta, sed voluptatia querenti* nonne *το βεβίωτας;* Tu interea dormis. jam explicandum est *πρόποντας*, si quid asturus es. si quæris quid pu-

tem, 11 ego fructum puto. sed quid multa? jam te vide-

bo; & quidem, ut spero, de via recta ad me. simul enim  
& diem Tyrannoni constituemus, & si quid aliud:

10. *Βεβίωτας.*) Vitæ felices acta est.

11. *Ergo si nūl pote.*) Vičt. hic locus suspechus est, nec tam depra-  
vatum aliter, quam ita referant omnes mss. codices. Venus liber Ma-  
gnus si nūl, sed tamen Man. placet, *σενάριον* ut et in Bessi. lib.

12. *Et s. Vulg. ext. s.*

13. *Αγγελεῖτες.*) Sincerè sine præstigijs & fuso.

14. *Zegas dieve venias.*) Pro. Et quis die, quod antea legebatur, Manut.  
fortasse rectius sit, cuius die, quod Iunio probatur ex mss. Pal.

15. *Κλέψη* subtilio currat. Codex Torn. Lambino referente habet, El-  
yptali Calypsalii Calypse, unde quidam legi volunt Crispi Nonelli, Di-  
dio, malunt, Iunius et ipsi vel etiops legendum autem: vulg. Crispi.

16. *A λόγῳ.*) Negligunt, sed curvit.

## CICERO ATTICO, S.

**O**GRATAS tuas mihi, jucundasque litteras, quid quis-  
sis? restitutus est mihi dies festus, angebar enim,  
quod Tiro ~~erat~~ te sibi esse visum dicerat, addam  
igitur, ut censes, unum diem. Sed de Catone ~~περὶ βλασφημίας~~  
~~περὶ βλασφημίας~~ est, non afferquam, ut scribam, quod tui con-  
viva non modò libenter, sed etiam ~~πάθον~~ animo legere  
possint. quin etiam, si à seris ejus dictis, si ab omni  
voluntate, consiliisque, qua de republ. habuit, recedam,  
2. ~~πάθον~~ velim gravitatem, constantiamque ejus lauda-  
re; hoc ipsum ~~πάθον~~ sit, sed verè laudari ille vir non  
potest, nisi hæc omnia sint; quod ille ea, quæ nunc sunt &  
futura viderit, & ne fierent, contendere, &, facta ne vide-  
ret, vitam reliquerit. horum quid est, quod 3 Aledio pro-  
bar possumus? sed cura obsecro, ut valeas, eamque, quam  
ad omnes res adhibeas, in primis ad convalescendum ad-  
hube prudentiam.

## CICERO ATTICO, S.

**Q**UINTUS pater quartum, vel potius millesimum ni-  
hil sapit, qui lžtetur 4 Luperco filio, & Statio, ut  
censat dupli decessus cumulatum domum. addo etiam  
Faiotum tertium, o stultissimum, nisi mea major esset,  
singularē! 5 quod autem os, in hanc rem ἔργον à te?  
6 fac, non ad ~~διάβολον κέρδος~~, sed ad ~~πιλάριον~~ eum ve-  
nisse. 7 sed ~~καὶ μὲν δούλων στρατὸς ἀλφεῖς~~ 8 in te ~~κέλυψ~~, ut  
scribis, haerire, intantis suis præsternit angustis; 9 ποι-  
μένη ἄρα πόνον; sed ipse viderit. Cato me quidem  
delectat, sed etiam Bassum Lucilium sua. De Cœlio, tu  
gazes, ut scribis: ego nihil novi, noscenda est natura,  
et non facultas modo. De Hortensio & Virginio, tu si  
quid dubitabis: et si, quid magis placeat, ego quantum  
apicio, non facile inventis. Cum Mustela, quemad-  
modum scribis, cūm venevit Crispus. 11 Ad Avium  
scribi, ut ea, quæ bene nossem de auro, 12 Pisoni demon-  
stratio: ibi enim sanè aītū, & istud nimium diu duci, &  
omnī nanc undique contrahenda. Te quidem nihil a-  
gere, nihil cogitare aliud, nisi quod ad me pertineat, faci-

lē perspicio: meisque negotiis lapsidit cupiditatem  
tuam ad me veniendi, sed mecum esse te puto; non so-  
lum quod meam tem agis, verū etiam quod videre vi-  
deor, quo modo agas, neque enim illa hors tui mihi est  
operis ignora. Tubulum Prætorem video L. Metello,  
Q. Maximo coss. nunc velim, P. Sczvola Pontifex maxi-  
mus, quibus coss. Tribunus plebis equidem 13 puto pro-  
ximus, Cæpione & Pompejo. Prætor enim P. Fatio, Sec.  
Atilio, dabis igitur Tribunatum, & si poteris, 14 Tubu-  
lus pro erimine. & vide, quozlo, L. Libo, ille, qui de Sec.  
Galba, 15 Cenforinone, & Manilio, an T. Quintio, M. A-  
cilio coss. Tribunus pl. fuerit. 16 conturbat enim me  
epitome Brutii Fanniana, 17 an Brutii epitoma Fannia-  
norum? scripsi, quod erat in extremo: idque ego secutus  
hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scri-  
pseram Lælii: sed tu me ~~περὶ τριῶν τριπλασίας~~: te autem  
nunc Brutus & Fannius. ego tamen de bono auctore  
Hortensio sic acceperam, ut apud Brutum est. hunc igi-  
tur locum expedes. Ego misi Tironem Dolabellæ ob-  
viam, is ad me Idibus revertetur, te exspectabo postridie.  
De Tullia mea tibi antiquissimum esse video: idque ita ut  
sit, te vehementer rogo. Ergo & in integro omnia: sic enī  
scribis 18 mihi etiā Kalendæ vitæ & fuerunt, 19 Neocica-  
nionumque ~~πρᾶξιν~~ fugienda, conficiendæ que tabulæ;  
nihil tamen tantum, ut à te abesse, fuit, cum Romæ esset,  
& te jam iamque visurum me putarem: quotidie tamen  
horæ, quibus exspectabam, longa uidebantur. Scis me min-  
ime esse blandum, itaque minus aliquanto dico quād sen-  
tio.

## CICERO ATTICO, S.

**D**E Cœlio, vide, quozlo, 20 ne qua lacuna sit in auro.  
Ego ista non novi, sed tertie in collubo est detrimen-  
ti satis, huic aurum si accedit; sed quid loquor? tu vide-  
bis, habes Hegesia genus, quod Varro laudat. Venio  
ad Tyrannionem. 21 Ain'tū verum hoc fuit? sine me?  
at ego quoties, cum essem otiosus, sine te tamen nolui?&  
quo modo hoc ergo lues? uno scilicet, si mihi librum mi-  
seris; quod ut facias, etiam atque etiam rogo, etiā me non

Ooo 3 magis

1. Si à fratre ejus d' Bæ. ) Vulgati libri, si à fratre ejus d' Bæ: quæ le-  
gio Bæ. non placet, > repugnante Dec. in quo esti à fratre ejus d' Bæ:  
place fratre.

2. ~~πάθον~~ velim gravitatem. Nudus, tenuiter. Ita legendum conser-  
uat Vic. Lamb. & Bæ. non ut vulgo, ~~πάθον~~, quod tamen mss. Pal.  
auctoritate sicut in lan.

3. Aledio. Variant præcisæ exemplaria in hoc nomine, nam partim  
ibidem scriptum legit, Aledio, partim, Aledio, ut vulg. codices. Bof. Aledio,  
edidit, quod exaratum frequentius reperit, sed ita legendum esse  
ratione probat.

4. Lupus filii, & statie.) Prostibaris, quod antea legebatur, castigatur  
Vic. & Statie, quod etiam Germani animadverterant.

5. Quod exaratum est in hanc rem ~~ἔργον à te?~~) Mandatum monus. Sezze  
Torn. & Lamb referunt Bof. hæc verba sic diffinuerunt; quibus addi-  
plicare lū ex mss. Pal. locum corruptum facebatur Vic. & sed cūm ei  
meditari non possit cum veteribus mss. legebatur quod autem ejus habeat lū.

6. Fac non ad ~~διάβολον κέρδος~~ sed ad ~~πειρός η τοντούρης~~, &c. lū.  
Avibus vel sicutiolum fontem, sed ad Pireneum sive fontem uberrimam,  
qua qualis hinc Pirene Lambi antiquam & receptam lectionem se-  
quuntur quod repertum est Torn. expressam, à Petro Vic. & Man. an-  
tebat, legit, sicut in ~~διάβολον κέρδος~~ sed ad ~~πειρός η τοντούρης~~, &c. lū.

7. Sed ~~πάθον~~ vel. Respiracionem venerandam Alphæ. Ex Dec.  
vocab. illam, sed addidit Bof. Lamb. verò legit, &c. pro sed.

8. In ~~κέρδον~~ ut scribas.) Autorem habuit Dec. Bof. in hoc sic a-  
iendo, in ~~κέρδον~~ ut scribas hanc.

9. Non mē!) quoniam hæc utique crumpent?

10. Non facultas mede.) Man. distinctionem sequitur Bof. collocat  
puncto post vocem, mede.

11. Ad Avium scripsi.) Sezze & Torn. Avium, quo modo legitur ep.  
3.1.13.

12. Pisoni demonstratio.) Legendum est, demonstratio, ut est in Dec.  
non ut vitiose, demonstratio, ut legit Faen. probant Vof. vel ut vulgo, de-  
monstrarem.

13. Puis proximis.) Bof. addidit proximis, post verbum, puis quod re-  
legitur in Dec. Torn. & Cras inveniuntque item in Granvellano veteri  
Pigh. qui aedatur anno Fælorum D CIVL.

14. Tabulus.) Hic erratum erat in omnibus libris quos videt Man.  
scriptis & impressis, nam pro Tabulus, vel, Tabulus, vel, Trabulus, legebatur,  
unde de conjectur Tabulus.

15. Cenforinus, & Manilio.) Edidit Bof. Cenforinus & Manilio, ut in  
Sezze & Torn. scriptum repertum, & mox iisdem libris auctoribus, & A-  
cilio COSS. non ut vulgo, Manilio confidit, quod ultimum etiam damnis  
vit Pigh. in Fælis ad annum urbis D CIX.

16. Constatat enim me, protulit lectionem Dec. Bof. ut veram & cer-  
tam ab omni qui macula repurgat, vulg. exaratum enim.

17. In Brutii epitoma Fannianum scripsi &c. ) Sic exaratum est in  
Dec. & Torn. nisi quod in hoc vices librarius (scriptis, & pro. an. Ce-  
terum precedentes has voces, Epitome Brutii Fannianæ, ut otolas & con-  
sum quæ sequuntur glosterna sustulit Man.

18. Est Kalendæ risuanda fuerunt.) Unum mss. Pal. hic optime alterius  
epistole initium statuere ait lū.

19. Nicæfænum.) Libri vulgati, Nicæfænum, olim excusinæfænum.  
Torn. ac sefænum. Cras nec epiphænum. Dec. Nicæfænum, unde emenda-  
vit Bof. Nicæfænum, vel si malis Nicæfænum, vulgatum lectionem se-  
quuntur est Lamb. Popma leg. Nicæfænum.

20. Noges.) Vulg. negas.

21. An inveniunt hic fuit?) Antiquorum codicum auxilio castigavit  
Vic. & statie hic fuit, cum legere cœsas an hic fuit.

magis liber ipse delectabat, quam sua admiratio delectavit. I amo enim nunc φιλόδημος<sup>1</sup>; reque istam tam te  
nuem θεωρίαν tam valde admiratum esse gaudeo. et si tua  
quidem luna ejusmodi omnia. scire enim vis, quo uno  
annus alitur. & sed, quod ex ista acuta & gravi re-  
feratur ad τάχος<sup>2</sup>; sed longa oratio est, & tu occupatus & in  
meo quidem fortasse aliquo negotio, & proposito a so-  
le, quo tu adūsus es in nostro prato, à te nitidum solem,  
unquamque repētemus. sed ad primū redī librum, si me  
amas, mitte. tuus est enim profecto, quoniam quidem est  
missus ad te. & Corine, tantumne ab re tua eftori ibi, ut etiam  
Oratore legas? in acte virtute: mihi quidem gratum, &  
erit gratius, si non modo in libris tuis, sed etiam in alio-  
rum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eu-  
poli. Cæsar autem mihi irritare vīsus est. QUAESO illud  
tuum, & quod era*τύπος*, & urbanum. ita porrō te sine  
cura esse jussi, ut mihi quidem dubitationem omnem tol-  
eraret. Atticam doleo tam diu: sed quoniam jam sine hor-  
roris est, spero esse, ut volumus.

## CICERO ATTICO, S.

**Q**uae desideras, omnia scripsi in codicillis, eosque E-  
roti dedi, breviter, sed etiam plura quam quāris; in  
iis ac Cicerone; cuius quidem cogitationis initium tu mihi  
attulisti. locutus sum cum eo liberalissimè: quod ex  
ipso, velim, si modo tibi erit commodum, sciencere. sed  
quid differo? exposui, te ex me detulisse, ecquid vellet, ec-  
quid requireret: velle Hispaniam, requirere liberalitatem,  
de liberalitate, dixi, & quantum Publius, quantum fla-  
men Lentulus filio, de Hispania, duo attul, primum i-  
dem, quod tibi, me vereri *imperiationem*: non satis esse, si  
hac arma reliquiessem? etiam concuria? deinde fore,  
mi angeretur, cum à fratre familiaritate, & omni gratia vin-  
ceretur, & velut magis liberalitate uti mea, quam sua li-  
bertate: sed tamen permisi. tibi enim intellexeram non  
nimis dispicere. ego enim etiam atque etiam cogitabo,  
atque, ut idem facias, rogo. magna res, & simplex est ma-  
nere; illud anceps, verū videbimus. 9. De Balbo, &  
in codicillis scriptam, & ita cogito, simul ac redierit,  
sia ille tardius, ego tamen triduum. &, quod præterii,  
Dolabella etiam mecum.

## CICERO ATTICO, S.

**D**E Cicerone, multis res placet: comes est idoneus, sed  
de prima pensione ante videamus. adegit enim dies,  
& ille currit. Scribe, quod referat Celer egisse Ca-  
farem cum candidatis, 10 utrum ipse in Fænicularium, an  
in Martium campum cogitet. & sane scire velim, num

quid necesse sit comitis esse Romam. nam & Pilis satisfac-  
ciendum est, & utique Attica.

## CICERO ATTICO, S.

**N**isi esset ea causa, quam tibi superioribus litteris scri-  
psi. nihil hac *solitudine* iucundius, nisi paulum interpe-  
lasset Amynæ filius. 11. ὁ αὐτογράφος ἄνδρος! tētra  
noli putare amabiliora 12 fieri posse villa, litora, propecta  
maris, 13 tum his rebus omnibus. sed neque hæc digna  
longioribus litteris; nec erat, quod scriberem; & somnis  
urgebat,

## CICERO ATTICO, S.

**M**AIOR mehercule de Athamante. tuus autem dolor,  
humanus is quidem<sup>14</sup>, sed magnopere moderandus,  
confusionum autem multa vīz, sed illa rectissima. im-  
penetratio, quod dies imperatura est. Alexini verò cu-  
remus, imaginem Tironis; quem agrum Romanum remisi:  
& si quid habet collis *επιθήμαιον*, ad me 14 cum Tifane-  
no transferamus. tota domus superior yacat, ut icis. hoc  
futo valdead tem pertinere.

## CICERO ATTICO, S.

**M**AIOR de Sajo, sed OMNIA humana tolerabilius du-  
cenda. ipsi enim quid sumus? aut quā diu hac cu-  
taturi sumus? ea videamus, quæ ad nos magis pertinent,  
nec tamen multo; quid agamus de Senatu. Et, ut ne  
impeditam jacere. Insula Arpinas habere potest german-  
am *αντίστοιχον*: 16 sed vereor ne minorem *πηλού* habere  
videatur. 17 εἰ πόνοις<sup>15</sup> est. igitur animus in hortis:  
quos tamen inspiciam, cum venero. De Epicuro, ut vo-  
les, et si 18 μιθαρεῖον in posterum genus hoc perse-  
nasum. incredibile est, quā ea 19 quidam requirant.  
ad antiquos igitur: 20 *ἀριστονέννυδε*. nihil habeo, ad te  
quod perscribam: sed tamen institui quotidie mittere, ut  
eliciam tuas litteras; non quid aliiquid ex his exp̄etem;  
sed nescio quō modo tamen exspecto, quare five habes  
quid, five nihil habes, scribe tamen aliiquid, teque cura.

## CICERO ATTICO, S.

**D**e dote, tanto magis perpurga. Balbi regia conditio  
est delegandi quoque modo confice. turpe est rem  
impeditam jacere. Insula Arpinas habere potest german-  
am *αντίστοιχον*: 16 sed vereor ne minorem *πηλού* habere  
videatur. 17 εἰ πόνοις<sup>15</sup> est. igitur animus in hortis:  
quos tamen inspiciam, cum venero. De Epicuro, ut vo-  
les, et si 18 μιθαρεῖον in posterum genus hoc perse-  
nasum. incredibile est, quā ea 19 quidam requirant.  
ad antiquos igitur: 20 *ἀριστονέννυδε*. nihil habeo, ad te  
quod perscribam: sed tamen institui quotidie mittere, ut  
eliciam tuas litteras; non quid aliiquid ex his exp̄etem;  
sed nescio quō modo tamen exspecto, quare five habes  
quid, five nihil habes, scribe tamen aliiquid, teque cura.

C.I.

1. Αμενίν πτώση φιλόδημος. ) Omnen popularem. Germanis  
& Vīct bujus loci restituto debetur, deerant enim vocabula Græca.  
Inventio enim πάντες φιλόδημος, propriam hujus loci lectionem  
esse contendit.

2. sed quod ex ista diuina & gravi referatur ad τάχος<sup>2</sup>. In his ver-  
bis vītūm Lipio esse viderat lib. 1. lect. cap. 23; & pro illis *gravi*, vox  
Græca εἰ τάχος<sup>2</sup> responda esse.

3. Jam regidū fons si dīgurgit. ) Aberat à vulgaris particula, ꝑ-  
dīmōghū Bo. ex mis. codicibus refl. vītū.

4. Et p̄fīs ) Redūs, ar. quam. & Manūtū judicio.

5. Corine tantumne. Vox illa, corine, deest in vulgaris, & p̄tūtēra à  
dictione tantumne episoltam inchoata vulgata ēdī oīfīcīlū.

6. Quod esti δότης. ) Gracūn hoc vocabulum diu desideratum  
est: tūtū Vīct ex antiquis exemplarib. bus.

7. Quantum Pūblīus. ) Vo. gal. 2. ed. tōnes, Pūblīus. Bōsīmū in his  
Dec. & C. u. Pūblīus.

8. Vel i maga. Vulg. Uel immagis.

9. De Balbo. Hic etiam n. a. u. episoltam in m. Pal.

10. Utrum p̄fīs fīncīclarū. &c. Interpretatur hæc contra Torn.

Lip. 1. 11. Et. Corine c. 10. qui tonitularit.

11. Ω παραγραφαίς ἀνδεις! ) ȏ loquacitatem insuavem.

Græca hæc verba hactenus depravatae edita, ex Dec. restituit Bō. vulg.  
ὥπι περιπλοκαίς δέρε.

12. Fieri p̄fīs vītūs, littere. ) Vulg. fīri p̄fīs vītūs littere.

13. Tam hæc vītūs vītūs, ) Ion ex ill. Pātēmētēs hīs vītūs vītūs.

14. Cum Tīmētēs. Scriptum Tīmētēs. Bōl. ut ex iatūtūm inventūtū  
Dec. Torn. Cris. forstallē legēdūm inquit Mā. cum Thālīmūtēs, Attici  
servo valgo cum Tīmētēs.

15. Οβīgnētēs, Jane p̄fīs. ) Bi. tīcūtūm mītē Pal. sequentis episoltā  
principiūm it. rītūm lūm.

16. Sed vereor ne minorem *πηλού* habere videatur. ) Horum verborum  
restitutio Germani accepta frēndā est: vulgās defūt.

17. Εκ πόνοις<sup>15</sup> εſt. Remota à v. 1. Torn. & Cris. erat  
ixtōtēs. in Dec. ix tē. πηλού. unde Bōl. emendavit, ix tē  
πηλού. Lamb. ex codicis Torn. lect. one conjicit, ix tē πόνος<sup>15</sup>,  
vel εἰ πόνοις<sup>15</sup>. Torn. πόνοις<sup>15</sup>. Man. opīmē, ix tē πόνος<sup>15</sup>,  
gero ex mis. Pal. Ion. aſſert vulg. εἰ πόνοις<sup>15</sup>.

18. Μιθαρεῖον<sup>16</sup>) Commotū ad alias persona transferro.

19. Quidam requirant. Vulg. quidem requirant.

20. Αἴμιντο, πρε. ) Caret enim invītā.

## CICERO ATTICO, S.

**C**OMMOVNT me Attica; et si assentior Cratero. Bruttii littera, scripta & prudenter, & amice, multas mihi tamen lacrimas attulerunt. Me hæc solitudo minùs stimulat, quam ista celebrata, te unum desidero; sed litteris non difficiens utor, quam si domi esset; ardor tamen & ille idem urget & manet, non merehatur indulgente me, & sed nam non repugnante. Quod scribis de Apulejo, nihil pro opus esse tua contentione, nec Balbo & Oppio; quibus quidem ille receperat, nihilque etiam jusserat nuntiari, se molestum omnino non futurum. sed cura, ut excuset morbi causa in dies singulos. Lænas hoc receperat, precepit C. Septimium, L. Statilium. denique nemo negabat se juratum, quem rogari. quod si erit durius, veniam, & ipse perpetuum morbum jurabo. cum enim mihi tamen sit convivis, malo id lege videri facere, quam dolore. Cocecum velim appelles, quod enim dixerat, non facit. ego autem volo aliquid emere; latibulum, & perfugium doloris mei.

## CICERO ATTICO, S.

**D**E me excusando apud Apulejum dederam ad te prius die litteras, nihil esse negotii arbitror, quemcumque appellatis, nemo negabit, sed Septimum vice, & Lanitem & Statilium, tribus enim opus est. sed mihi Lanastorum receperat. Quod scribis à Junio te appellatum; omnino Cornificio locuplet est: sed tamen scire velim, quando dicat s. o. ondifice, & pro patre, an ne pro filio; neque eo minus, ut scribis, procuratores Cornificii, & Apulejum predatorem videbis. Quod me ab hoc mœstre recreavisti; facis, ut omnia: sed me mihi non defu sti, tu refisis ei. nihil enim de matre minuendo scriptum ab ulo est, quod ego non dominus legerim, sed omnem conformatiōnem vincit dolor, quin etiam feci, quod protegō ame me nemo, ut ipse me per litteras consolares. quem librum ad te mittam, si de scriptis tuis librariis, affirmo tibi nullam consolationem esse taliem: totos dies sensi; non quod proficiam quid, sed tantisper impediō, non equidem iatis, (vis enim urget) sed relaxat tamen; & omniaque nos, non ad animum, sed ad vultum ipsum, si queam, reciendū, idque faciens, interdum mihi peccare videor, interdum peccatum esse, nisi faciam. solitudo aliquid adjuvat, sed multo plus proficeret, si tu tamē interficies: quia mihi una causa est hinc discedendi, nam, pro malis, recte habebit quamquam ipsum dolere. non enim jam in me idem esse potens, perierunt illa, quæ amabas. De Brutis ad me litteris scripsi ad te ante: prudenter scripta: sed nihil, quo me adjuvarem. quod ad te scripsi, id vellem, ut ipse adesset: certè aliquid, quoniam me tamē valde amat, adjuvaret. quod si quid ieses, scribas ad me velim, maximè autem, Pansa quando. De Attica, doleo; credo tamen Cratero. 5 Piliamangi veta: fatus solitus es morte pro omnibus.

## CICERO ATTICO, S.

**A**pus Apulejum, quoniam in perpetuum non placet; in dies ut excuser, videbis. in hac solitudine care omnium colloquio; cumque mane me in silvam abstrusiferas & speras, non exeo inde ante vesperum. secundum te, nihil est mihi atricium solitudine, in ea mihi omnis sermo est cum litteris, eum tamen interpellat fletus: cui repugno, quod possum. sed adhuc pates non sumus,

Bruto, ut suades, rescribam. eas litteras cras habebis, cūm erit cui des, dabis.

## CICERO ATTICO, S.

**T**ibi, tñis negotiis relistik, nolo ad me venire; ego potius acedam; si diutius impediō, et si ne dilectissim quidem & conspectu tuo, nisi me planè nihil illa res adjuvaret; quod si esset aliquid levamen, id esset in te uno: & cūm primus ab aliquo poteret esse à te erit. nū tamen ipsum sine te esse non possum, sed nec tu domi & probabatur, nec mea poteram: nec si proprius esset uipiam, tecum tamen esset. idem enim te impedit, quod minus mecum es, quod nūt etiam impedit. mihi adhuc nihil prius fuit hic solitudine: quam vereor ne Philippos tollat, heri enim vesperi venerat. Me scriptio de litteris non leniū, sed obturbant.

## CICERO ATTICO, S.

**M**ARCIANUS ad me scripsit, me excusatū esse apud Apulejum à Laterensi, Nasone, Lenate, Torquato, Strabone. illi velim meo nomine reddendas litteras cuītes, gratiū mihi eos fecisse. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis xxv. spondistis dicit Flavius; et si reus locuples eis, & Apulejus predat̄ liberalis; tamen velim de operam, ut investiges ex conponitorum tabulis, si ne ita: 7 mihi enim ante Adūlātatem meam nihil era cum Cornificio. & potest tamen fieri, sed scire centum velim: & appelles procuratores, si tibi videtur. quam quid ad me? verumtamen. Pansa profectionem scribes, cūm scies. Atticam salvere jube, & eam cura obsecro diligenter. Pilia salutem.

## CICERO ATTICO, S.

**D**um recordatione fugio, quæ quasi mortu quodam do- 13. lorem efficiunt, refugio à te admonendo. quod velim mihi ignoras, & cuicūmodi est. etenim habeo, non nullos ex iis, quos nūc lectito, auctores, qui dicant, fieri id oportere, quod sapere tecum egit, & quod à te approbari volo, de fano illo dico; de quo tantum, quācum me amas, velim, cogites. euidem neque de genere dubito: 10 placet enim mihi Clastii: neque de re; statutum est enim de loco non unquam, velim iugur cogites. ego, quantum his temporibus tam eruditus heri poterit, profecti illam consecrabo omnigenere monumentorum, ab omnium in geniis scriptorum, & Gracorum & Latinorum: quæ res fortissim sit restituta vulnus meum. sed am quāsi voto quodam, & promissio me teneri puto; LONGUMQUE illud tempus, cum non ero, magis me moveat, quam hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur. habeo enim nihil, tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. nam, dum illud tractabam, de quo ante scripti ad te, quāli fovebam dolores meos. nūc omnia respuso; nec quicquam habeo tolerabilius, quam solitudinem: quām, quod eram vestis, non obiurbavit Philippus. nam, ut heri me salutavit, statim Romanus profectus est. Egistalam, quām ad Brutum, ut tibi placuerat, scripsi, mihi ad te. curabis cum tua perserendam. eus tamen misi ad te exemplum, ut, si minus placet, ne mitteres. Domestica quod aīs ordine admistrari, scribes, quæ sint ea, quādam enim exspecto. Cocejus vide ne frustetur nam Libo quod pollicetur ut Eros scribit, nō incertū puto. de sorte measūpicio confido, & Egnatio scilicet de Apulejo, quid est, quod labores, cūm sit excusatū facilis? Tibi ad me venire ut ostendis,

1. Videat argit.) Vocem idem quæ à vulgaris ab eo ex suis missis scribit Boſ.

2. sed tamen non repugnante.) Negativam particulam quæ prius dectat refutat Vite.

3. Latibulum & perfugium.) Boſ. ex suis missis copulam & int̄jectis, quæ Vite omittit.

4. Omniaque nūc.) Vt in codicibus Mal. & Meminiſte in Boſ. omniaque, sine propositione, sed quæ legitor in vulgo editione.

5. Piliam argitata.) Ex sđe veteris Déc. sic odiſſit Boſ. Piliam angī ſuī ſelīm te marrere primita; quod etiam ante viderant Co-

rad. & Lamb. vulg. Pilam argi vñlataria ſolitū ſit. &c.

6. Prishabatur.) Scripti Boſ. pithakaz, cujusmodi est quod mox fecit quitor pteroram vulgo predicit.

7. Nibi enim ante adūlātatem.) Vite ex missis editid mihi ante enim.

8. Petiti tamen fari.) Vulg. pterit tamen ridet.

9. Cuī res modi eſt.) Vt & enīmēdī, quæ illi vulgo recepta lectio, dimittit pro eis copiā ſuī ſelīm. Boſ. ex suis missis enīmēdī.

10. Placit enim mihi Clastii.) Sic omnes novi & veteres codices referente Vite exceptis Aldiniſ in quibus, Claudi, perverſe.

ostendis, vide, ne non sit facile. est enim longum iter, descendemque te, quod celeriter tibi erit fortasse faciendum, non sine magno dolore dimitram. sed omnia, ut voles, ego enim, quidquid feceris; id cum recte, tum etiam mea causa factum putabo. Heri, cum ex aliorum litteris cognovissem de Antonii adventu, admiratus sum, nihil esse in tuis, sed erant pridie fortasse scriptae, quam dñe, neque ista quidem curio. sed tamen opinor propter propositos suos ad eucurrisse. Quod scribis, Terentiam de ob-signatoribus mei testamenti loqui: primum tibi persuade, me iste non curare, neque esse quidquam aut parva cura, aut novæ loci. sed tamen quid timile? illa eos non adhibuit, quos existimavit quæ si tuos, nisi scilicet quid esset. num id etiam mihi periculi fuit? sed tamen faciat illa, quod ego. dabo meum testamentum legendum cui voluerit: intelliger, non potuisse honorificentius à me fieri de nepote, quam fecerim. nam quod non advocavi ad ob-signandum; primum mihi non venit in mentem; deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. tute scis, (si modo meministi) me tibi tam dixisse, ut de tuis aliquos adduces. quid enim opus erat multis? equidem domesticos iustaram. tum tibi placuit, ut mittas ad Silium: inde est natum, ut ad Publum. sed necesse neutrum fuit. hoc tu testabis, ut tibi videatur.

## CICERO ATTICO, S.

**E**s hic quidem locus amoenus, & in mari ipso, qui & Antio, & Circæs aspici possit: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate, ( si modò hæc stabunt) illud, quasi conseruat, remanere possit. equidem jam nihil ego vestigalibus, & parvo contentus esse possum. cogito interdum trans Tiberim horum aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè. nihil enim video, quod tam celebre esse possit; sed quos, coram videbimus; ita tamen, ut haec stœfanum absolutum sit. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis. De Coccejo & Libone que scribis, approbo; maximè, & quod de judicatu meo. Desponui, si quid perspereris; & tamen quid procuratores Cornifici dicant, velim scire, ita ut in ea te, cùm tam occupatus sis, non multum opera velim ponere. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer. illis egi gratias, te tamen, ut jam ante te adscripsi, scire volo, me neque isto nuntio esse perturbatum, nec iam ullo perturbatum sis. Panis si hodie, ut putabas, profectus es, posthac jam incipito scribere ad me, de Brutiadventu quid exspectes, id est, quos ad dies. id, si scies ubi jam sit, facile conjectura assequete. Quod ad Tironem de Terentia scribis, obsecro te, mi Attice, suscipere totum negotium. vides & officium agi meum quod dam, cui tu es consicus, & ut nonnulli putant, Ciceronis rem. me quidem id multo magis movere, quod mihi est & sanctius, & antiquius; præteritum cùm hoc alterum neque sincerum, neque firmum putem fore.

## CICERO ATTICO, S.

**N**ONDUM videris perspicere, quam me nec Antonius commoverit, nec quidquam jam ejusmodi possit commovere, de Terentia autem scripsi ad te iis litteris, quas dederam pridie. Quod me horitaris, idque à ceteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam graviter dolere;

possimne magis, & quam quod totos dies consumo in litteris? quod eis non dissimulationis, sed potius temeritatis, & fanandi animi causa facio etiamen, si mihi minus proficio, simulationi certe facio satis. Minus multa ad te scripsi, quod exspectabam tuas litteras ad eas, quas ad te pridie dedoram, exspectabam autem maximè de fano, non nihil etiam de Terentia. Veliz me facias certiore proximis litteris, Cn. Cæpio, Servilius Claudi pater, vivore patre suo naufragio perierit, an mortuo; item Rutilia vivore Cotta, filio suo, mortua sit, an mortuo, pertinent ad cum librum, quem de luctu minuendo scripsimus.

## CICERO ATTICO, S.

**L**e Bruti epistolam, quamque tibi remisi, sanè non prudenter rescriptam ad ea, quæ requieras, sed ipse videbit: quamquam illud turpiter ignorat. Catonem primum sententiam patet de animadversione dixisse; quam omnes ante dixerant, præter Caesarem: & cum ipsius Caesaris severa fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, Consularium putat seniores fuisse Catuli, Servili, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Ge lii, Volcacii, Figuli, Cotta, L. Caesaris, C. Pisonis, & etiam M. Glabronis, Silani, Muræna, designatorum Confluum: cur ergo in sententiam Catonis? quia verbis luculentioribus, & pluribus rem eadem comprehendenterat. Me autem hic laudar, quod retulerim, non quod patescerem quod cohortatus sim, quod deniqueante quam consulerem, ipse judicaverim. quæ omnia, quia Cato laudibus extulerat in calum, perscriberet, & censuerat; idcirco in ejus sententiam est facta discussio. hic autem se etiam tribuebat multum mihi putat, quod scriperit, OPTIMUM CONSULEM. quis enim jejunius dixit inimicus? Ad cetera vero tibi quemadmodum rescriptit? tantum rogat de s. c. ut corrugas, hoc quidem fecisset, & etiam si aratio adnovitius esset. sed hoc iterum ipse videbit. De horis, quoniam probas, efficie aliquid rationes meas notis. si vero etiam tibi Fabeo aliquid recedit, nihil negoti est. sed etiam sine eo posso videbor contendere. venales certè sunt Drusii; fortale & Lamiani & Cassiani; sed coram. De Terentia non possum commodius scribere, quam tu scribis. officium ut nobis antiquissimum. si quid nos fefellerit, illius malo me, quam mei pœnitere. Ovaz C. Lolii curanda sunt h-s c. negat Eros posse sine me; credo, quod accipienda aliqua sit, & danda estimatio, vellem tibi dixisset si enim res est, ut mihi scribit, parata; nec in eo ipso mentitur: per te confici potuit. id cognoscas, & conficias velim. Quod me in forum vocas; eo vocas, unde, etiam bonis meis rebus fugiebam. quid enim mihi toro, sine judicis, sine Curia, in oculos incidentibus iis, quos a quo animo videare non possum? Quod autem homines à me postulare scribis, ut Romæ sim, neque mihi, ut absim concedere, aut quatenus eos mihi concedere: jam pridem scito esse, cùm unum te pluris, quam omnes illos, putem: ne me quidem contemno: meoque judicio multo stare malo, quam omnium reliquorum. neque tamen progedio longius, quam mihi doctissimi homines concedunt: quorum scripta omnia, quæcumque in eam sententiam, non legi solium, quod ipsum erat fortis agros, accipere medicinam; sed in mea etiam scripta transtulit; quod certè afficti, & fracti animi non fuit. ab his me remedii noli in istam turbam vocare, ne recidam.

C1-

1. De hispe. Locus Maxutio obscurus, & fortasse depravatus videtur.

2. Ut tibi videatur. Vulg. ut sibi videbatur.

3. Quod de judicatu meo respondi, auctoribus libri antiquis, cùm vulgo vitiolegatur, quod de judicatu meo respondi, se si quid perspereris, quod probat Iun. h. eque in istum epistolam statuere recte ml. Pal dicit.

4. Quam quid istos dico. Quam, ab aliis libris nonnullis abest. Fact.

5. Etiam M. Glabronis. Vulg. M. Asili Glabronis.

6. Etiam s. araxis adovitius est. Hoc ita referebat Dec. etiam s. araxis adovitius est. ut sibi videbundu concessit Bosius, etiam s. araxis adovitius est. Lamb. etiam Tyrannus, adovitius est.

7. A Faberis aliquid recedit. Sequuntur fidem Dec. & Torni repouxit Bol. A Faberis aliquid recedit, cùm in vulg. decessit aliquid. Man. in verbo recedit mendum esse suspicatur ac fortasse legendum res edidit Lamb. reponit aliquid prædictis. Lips. à Faberis recedit, id est auferit, l. 17 Annq. l. 2. cap. 19.

1. 76

## CICERO ATTICO, S.

**D**E TERENTIA, quod mihi omne onus imponis; non cognosco tuam in me indulgentiam. ista enim sunt ipsa vulnera, quae non possum tractare sine maximo gemitu. moderate igitur, quanto, ut potes. neque enim a te plus, quam potes, postulo; potes autem, quid veri sit perspicere tu unus. De Rutilia, quoniam videris dubitare, scribes ad me, cum seies, sed quam primum; &, num Clodia, D. Brutus Consulatus, filio suo, mortuo, vixerit. id de Marcello, aut certe de Postumio scribi potest; illud autem de M. Cotta, aut de Syro, aut de Satyro. De hortis, etiam atque etiam a te rogo. omnibus meis, eorumque, quos sibi mihi non defutatos, facultatibus, sed potero meis, entendum mihi est, sunt etiam, quae vendere facile possim. sed, ut non vendam, eaque usura tam pendam, a qua cero, non plus annum, possum asequi, quod volo, si tu me ad juvas. paratissimi sunt Drusi: cupit enim vendere. proximus puto Lamia: sed abessi, tu tamen, si quid potes, odo rare, ne Silius quidem quidquam utitur, & a his usuram facilius sustentabitur. habe tuum negotium; nec, quid res mea familiaris postulet, quam ego non curo, & sed quid velim, & cur velim exiftima.

## CICERO ATTICO, S.

**P**UTARAM te aliquid novi: quod ejusmodi fuerat iniunctorum litteratum; quamvis non cararem quid in Hispania fieret, tamen te scriptorum: sed vide licet meis litteris respondisti, ut de foro, & de Curia. sed domus est, ut ait, forum, quid ipsa domo mihi opus est carente foro? occidimus occidimus, Attice; jam pridem nos quidem; sed nunc istemus, poeta quam unum, quo tenebamur, amissimus, itaque & solitudinem sequor: & tamen, si qua me res isto adducere ntar, si quo modo potero. (potero autem) & ut patres me nemo dolorem inuenient: si illo modo poterint, non quidem, atque etiam illa causa est non venientia meam, quid ex te & Aledius quasfierint: quinetiam nunc molesti sunt: quid exiftima si venero? De Terentia iste, ut scribis, meque hac ad maximas agravitudines & accidisse nunc maxima libera. Et ut scias me ita dolece, & ut non taciam, quibus Consulibus Carneades, & ea legato Romanum venerit, scriptum est in tuo annali. huc nunc quo, quae causa fuerit: de Oropo, opinor, sed certum non est: & si ita est, quae controversia rursum, qui tempore nobis Epicureus fuerit Athenis, qui praefecit hortis; qui etiam Athenis πολιτης fuerint illustres: & quae te etiam ex Apollodoro potius posse invenire. De Attica, molestum; sed quoniam leviter, recte esse confido.

II De Gamala dubium mihi non erat, unde enim tam fe-

lix Ligus pater? nam quid de me dicam, cui ut omnia contingent, qua volo, levavi non possum? De Drusi hortis, quanti lieuisse tu scribis, id ego quoque audieram, &, ut opinor, heri ad te scriperam: sed QVANTI quanti, bene emitur quod necesse est. mihi quoquo modo tu exiftimas, (scio enim ego ipse, quid de me exiftimem) levatio quazdam est, si minus, doloris, at officii debiti. Ad Sicam scripsi, quod utitur L. Cotta. si nihil conficeretur de Transiberinis, habet in Ostiensis Cotta celebrissimo loco, sed pusillum loci: ad hanc rem tamen & plus etiam fatis. id velum cogites. nec tamen ista pretia hortorum pertinueris, nec mihi jam argento, nec vestre opus est, & nec quibus quam amoenis locis: hoc opus est. video etiam, a quibus adjuvati possum. sed loquere cum Silio. nihil enim est melius, mandavi etiam Sicca. rescripsit, constitutum si cum eo habere, scribat igitur ad me, quid egetit &, ut tu videbis.

## CICERO ATTICO, S.

**B**ENZ fecit A. Silius, qui transfigerit. neque enim ei deesse volebam, & quid possem, tunctum. De Ovia, conice, ut scribis. De Cicerone, tempus esse jam videtur. sed quero, quod illi opus est. Athenis, permutterare posset, an ipsi ferendum sit; de totaque re, quemadmodum, & quando placet, velim consideres. Publius iurusne sit in Africam, & quando, & ex Aledio scire poteris: quæras, & ad me scribas, velim. Et, ut ad meas ineptias redeam, velim me certiore facias. P. Crassus, 17 Venulex filius, viuone P. Crasso Consulatu, patre suo, mortuus sit, ut ego meminissi video, an post, item quanto Regillo, Lepidi filio, teste ne meminerim, patre vivo mortuum. 18 Cipriana explicabis, itemque Præciana. De Attica, 19 optime it, ei salutem dices, & Filiz.

## CICERO ATTICO, S.

**S**CRIPSIT ad me diligenter Sica de Silio, seq; ad te rem 25 detulisse: quod tu idem scribis, mihi & res, & conditio placet, sed ita ut numerato malum, quam affimatione, voluptarias enim possessiones nolet Silius. vestigalibus autem ut his possum. esse contentus, quæ habeo, sic vix minoribus. unde ergo numeratio? & s. D. exprimes ab Hermogene, cum priuatum necesse erit: & domi video esse & s. D. reliqua pecunia vel usuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, representabimus. erit etiam aliquid alicunde. sed totam rem tu gubernabis. 20 Drulianis vero hos hortis multa antepono: neque sunt umquam comparati, mihi credere una me cauta moveret, in qua & ita me πεπονθωσα. sed, ut facias, obsequere huic errori meo. 22 Nam quod scribis εἰπεγέγρη; auctum jam de isto est: alia magis quero.

ooo 5

CICERO

1. Tenui.) Vocem, &c, ex Scidis, Tornæfiano & Crofellino addidit Bofus.

2. Et ut usus facilissime sustentabatur.) Castigat Lipsius d. cap. 19. & quia.

3. sed quid velim & cur velim exiftima.) Auctoribus Scidis, Tornæf. & Crofellino sic edidit Bofus. verba hæc, & cur velim, desunt in vul-

ga. 4. Solitudines sequor.) Ita ex suis mis. leg. & Bof. vulg. solitudinem.

5. Upræter me nemo delivrem meum ferens.) Forte letibendum vide- net Lipsius, si prater tenues. lib. iv. Antq. lect. cap. 19.

6. Aledius.) Vulg. Aledius.

7. Accidisse nunc maxima.) Vulgatib libri accidisse non maxima, & men-

dicte: ideo probat Corradus expungendam esse negationem, Bofus,

8. Pro auctoritate, ut erat in Crofellino.

9. Quæcūd.) Auctoribus mis. juisit excudi Bofus, que te, &

deinde inveneris, ita deell in vulg.

10. Quæcūd ex Apollodori.) Ex Apollodori habent antiquiores co-

stat se emendavisse Victorius.

11. De Gamala.) Emendatius se legitur Gamala, ut referunt Tornæf.

& Decurso, ana ut vulgat codices edunt, Magala, ocioso lectori quer-

endum relinquit Bofus.

12. sed quæcūd, breves emendat.) Alter distinguat vulgo, sed quæ-

cūd, breves.

13. Plus etiam seta.) Tornæf. & Crofelli. plus etiam quam seta: sed illud, quam, ad extum fusile putat Bofus ex glossimale, neque est in Decurso.

14. Non quibusquam animis lecie.) Vulg. ne quisquedam.

15. Et ut invidebas.) Fugerat a vulgatis particula, ut quam in mis. facitatem deprehendis inque suum locum reduxit Bofus.

16. Bene fecit A. Silius.) Haec epistola superiori annexata vulga-

ta editio.

17. Ex Aledio.) Vulg. ex Aledio.

18. Vndelex, & finis.) Vulg. Vndelex F.

19. Cipriana explicabis.) Vulg. Cipriana.

20. Optime it.) Bofus veres mis. optimi id, unde emendavit optimi it.

21. Drulianis veri hor horis.) Sic habet Decurso, & ita legendum,

in vulgatis, tis, his, debeat.

22. Seio me πεπονθωσα.) Temeratum esse, inflatum insani-

se. Ita legendum afferit Lambinos potius quam πεπονθωσα.

ut quidam volunt.

23. Non quod scribis εἰπεγέγρη.) Senectutis requies, delectatio,

occupatio. Ita habent veteres codices Victorio teste, qui ita legendum

aferit: prius legebatur εἰπεγέγρη, quod & in mis. Pal.

24. Sica, ut scribit.) Hæc epistola superiori annexa est in vulgata e-

ditorum.

## CICERO ATTICO, S.

**S**ICCA, ut scribit, eriam si nihil confecerit cum A. Silio,  
25 tamen se scribit x. Kal. esse venturum. 2 Tuus occu-  
pationibus ignosco; exque mihi sunt notæ. De voluntate  
tuæ, ut simus simus, vel studio potius, & cupiditate, non  
dubito. de Nicia quod scribis, si ita me haberem, ut ejus  
humanitate stui possem, in primis vellim illum in eum  
habere. sed mihi solido, & recessus, provincia est. quod  
quia facile ferebat Sica, eo magis illum desidero. pratera  
nisi Nicia nostra imbecillitate, molliam, consuetudinem  
victus. cur ego illi molestus velim, cum mihi ille ju-  
cundus esse non possit? voluntas tamen ejus mihi grata  
est. Unam rem ad me scripti, de qua decrevi nihil tibi  
scribere. spero enim me a te impetrasse, ut privates me  
ista molestia. Piliz, & Attica salutem.

## CICERO ATTICO, S.

**D** E Siliano negotio, eti mihi non est ignota conditio,  
3 tamen hodie me ex Sica arbitror omnia cognitum.  
3 Cottz quod negas te nosse, ultra Silianam villam est  
(quam puto tibi notam esse) villula ferdida, & valde pu-  
filla; nihil agri; 4 ad suam rem loci satis, nihil ad eam,  
quam quanto. sequitur celebratam sed, si perficitur de hortis  
Silli, hoc est, si perfici; (est enim totum positum in te)  
nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicerone,  
ut scribis, ita faciam: ipsi permittam de tempore: nummo-  
rum quantum opus erit, ut permitetur tu videbis. Ex  
Aledio, quod scribis, si quid inveneris, scriber. Et ego ex  
tuis animadverso litteris, & profecto tu ex meis, nihil ha-  
bere nos, quod scribam; eadem quotidie, quia iam jam  
que ipsa continet; tamen facere non possum, quin  
quotidie ad temittam, ut tuas accipiam. De Bruto tamen,  
si quid habebis, facere enim jam puto, ubi Panoram expecte-  
si, ut confutetur est, in prima provincia, circiter KAL, af-  
futurus videtur, vellim tardius, valde enim ubi fugio  
multas ob causas, itaque id ipsum dubito, an excusationem  
aliquam ad illam patem: quod quidem video facile esse,  
sed habemus satis temporis ad cogiandum. Piliz, Attica  
salutem.

## CICERO ATTICO, S.

**D**E Silio nibili plura cognovi ex praesente Sica, 5 quam  
ex litteris ejus. scriperat enim diligenter, si igitur  
tu illum conveniris, scribes ad me, si quid videbitur. De  
quo putas ad me missum esse; si missum, necne, nescio;  
dictum quidem mihi certe nihil est, tu igitur, ut cepisti; &  
si quid ita conficies, (quod equidem non arbitror fieri pos-  
se) ut illi probeatur, Ciceronem, si tibi placebit, adhibebis.  
ejus siquid intercesserit, videri illius causa voluisse: mea qui-  
dem nihil, nisi id, quod tu scis: 6 quod ego magni animi.  
Quod mo ad confutendum revocas; sicut meum quidem  
jam pridem 7 Remp. lugere; 8 quod faciebam, sed nitiuit.  
erat enim, ubi acqueletem. nunc plane nec ego victum,  
nec vitam illam colere possum: nec in ea re, quid illi vi-

deatur, mihi puto curandum. MEA MINTI conscientia plus  
ris est, quam omnium lemo. Quod me ipse per litteras con-  
solatus sum; non penitet me, quantum prosectorum, ma-  
reum minui; dolorem nec potui, nec, si possem, vellem.  
De Triario, bene interpretaris voluntatem meam, tu vero  
nihil, nisi ut illi volent. amo illum mortuum: tutor sum  
liberis: totam domum diligo. De Castriciano negotio, si  
Castricius pro mancipiis pecuniam accipere volet 9 eam  
que ei solvi, ut nunc solvitur; certe nihil est commodius.  
in autem ita actum est, ut ipsa mancipia abduceret, non  
mihi videatur esse aquum. rogas enim me, ut tibi scribam,  
quid mihi videatur, nolo enim negotio Quintum fratrem  
quidquam habere: quod, video mihi intellexisse, tibi  
idem video. Publius, si aquinoctium expicit, ut scri-  
bis 10 Aledium dicere, navigatus videtur, mihi autem  
dixerat per Siciliam, utrum, & quando, velim scire. Et ve-  
lim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulum  
puerum vias, eique de mancipiis, quæ tibi videbatur, at-  
tribuas. Piliz, Attica, salutem.

## CICERO ATTICO, S.

**S**ILLVS, ut scribis, hodie, eras igitur, vel potius cum  
Spoteris, scribes, si quid erit, cum videbis. Nec ego Bru-  
tum vito, nec tamen ab eo levationem ullam expicio: sed  
erant causa, cur hoc tempore istuc esse nolle, quæ si na-  
vebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum; &, ut nunc  
est, manuæ videbuntur. De hortis, quæro explicta copia  
illud est, quod scis. sequitur, ut etiam mihi ipsi quiddam  
opus sit. nec enim esse in tuba possum, nec à nobis absesse.  
hunc meo consilio nihil reperio isto loco aptius; & de hac  
re quid tui consilii sit, nihil peritus sum, & cō magis,  
quod idem intellectu tibi video, me ab Oppio & Balbo valde  
diligi. 11 et, cum iis communices, quanto opere, & quare  
velim hortos; sed id ita posse, si expediatur illud Faberia-  
num. 12 finis igitur: auctores futuri, si qua etiam jactura  
facienda sit in representando, quod possum adducere: (to-  
tum enim illud desperatum) denique intelliges, equid  
inclinet ad hoc meum contulit adjuvantum, si quid  
est, magnum est adjumentum: fin minus, quacunque  
ratione contendamus. 13 vetus illud *synecdoche*, quemad-  
modum scripsi, vel 14 *enantiophylos* putato. De illo Offensi  
nihil est cogitandum. si hoc non assequimur; (à Lamia  
non posse posse) Damasci experiendum est.

## CICERO ATTICO, S.

**Q**UAERO, quid ad te scribam: sed nihil est, eadem  
15 quotidie. Quod Lentulum in his, valde gratum, 16  
pueros attribue ei, quot, & quos videbitur. De Silii vo-  
luntate vendendi, & de eo, quanti, tu vereri video, pri-  
mum ne nolit, deinde ne tanit. Sica aliter: sed tibi affi-  
nit, quare, ut ei placuit, scripsi ad Eganiatum. Quod Silius  
te cum Clodio loqui vult; pores id mea voluntate faceres;  
commodiusque est, quam, quod ille à me petit, me ipsum  
scribere

1. Sica, ut scribit. ) Hoc epistola superiori annexa est in vulgata edi-  
tione.

2. Tuis occupationibus.) Vrin Tornæ. Lamb. teste, sic & in Scidis legi-  
tur & ita edidit Boetus. Victorius refutat antiqua exemplaria ha-  
bendo, in suis occupationibus, quod ipsi probator.

3. Cottz quod negas te nosse.) Vrin edidit Cottz quidem negat te nosse, sed  
nica sibi non nullam est, &c. Boetus vero non ex conjectura sed ex fide  
Decuri. Tornæ. & Cottell. Cottz quidem negat te nosse ultra Silianam vil-  
lam, quoniam pessimi assam est, & hinc ferdida.

4. Ad suam rem.) Liber Tornæ. ad ultimam rem: Seida, & si ultimam  
rem, non debet legi, tholos ad suam rem. Non dubiat autem Manut, quoniam  
hunc ordinem legendum sit: ad ultimam rem hinc nihil facit ad tam quoniam quare,  
vulg. ad ultimam locum facit, nihil ad eam quoniam quare; sed id Ciceronis  
finitur, ut repugnare autem Manutius.

5. Quam ex litteris tuis.) Ut supra epist. 26. hujus libri auctoribus  
libri, antiquis ed. Boet. in propositis, & contra hoc loco ex sorundem  
fide proponit, resolutus est, & propositis scriptis.

6. Quod ego magni animi.) Vox, magna, in vulgatis editionibus defi-  
nitivæ, preponeat e in mensura bipunctionem adducatur Manet.

7. Remp. lugere.) Boetus emendavit vox omnibus suis in IL lugere.

8. Quod facies sed mune, etiam ubi acquisierem. ) Sic emenda-  
vit Boetus ex Decurio. Lamb. ex Tornæ. legi, postea promissum, fal-

lique dicit Victorium qui reponit, *tertius*: Lambin. sequitur Iunius:  
vulg. quod faciem; sed inter alias ubi acquisierem.

9. Eamque et salv.) MS. fide in legi: Victorius, pro *tertius* *salvi*  
quod antea legebatur.

10. Aledium.) Vulg. *Aediuum*.

11. Si cum iis communices.) Abest verbum *si* à vulgatis sed in omnib-  
us ms. legitur, aut certe ejus loco, *si*, *vcl*, *sc*, referente Boef.

12. Sicut igitur auditor.) Veteris Decuri. scripturam expressit Bo-  
etus, que pca nequam illa mendorum illuvie inquinat efficit; quæ  
certe hic consuminari lunt; sic enim vulgo legitur his locis: *Sint*  
*igitur* *auditor* *futuri*, si quatenus facienda sit in representando quod  
possim adducere. Tam enim illud disperatum non que intelligi, & quid ineli-  
nens ad huncum consilium adjuvantum.

13. Ut enim illud *synecdoche*.) Vulgare verme *epitaphium* quod re-  
petit Iunius ex ms. Pal. ut & *enantiophylos* pro *enantiophylos*.

14. Enantiophylos.) Sepulchrum.

15. Quare, quid ad te scribam.) Tonus hic orationis ambitus usque ad  
verbū illas, De Silii voluntate, superiori ep. 10. annexus est in vulg.  
editione.

Quare

scribere ad Clodium. De mancipiis Castricianis, commo-  
dissimum esse credo, transigere Egnatium: quod scribis te  
ita futurum putare. Cum Ovia, et quæso, vide ut confi-  
ciatur. Quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola  
plura exspecto.

## CICERO ATTICO, S.

**S**icut, i. v. mutasse sententiam Sicæ mirabatur, equidem  
magis miror, quod, cum in filium caulam conser-  
ret, que mihi non injusta videtur; (habet enim qualis  
vultus) si te putares. Si addiderimus aliud, à quo refugias,  
cum ab ipso id fuerit destinatum, venditurum. Quarà me,  
quod sumnum pretium constitutum, & quantum ante-  
dicti illos hortos Drusum; accessi numquam: Copianam  
villam & veterem, & non magnam novi: villam nobilem,  
fructum autem neutrius: quod tamen puto nos scire oportet.  
sed mihi, & utrvis istorum, tempore magis meo, quam  
enim eximandi sunt, possim autem assequi, necne, tu ve-  
lim cogites, si enim Faberianum venderem, & explicare  
vel representatione non dubitarem de Silianis, si modo  
adduceretur, ut venderet: si venales non habet, transirem  
ad Drusum, vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi di-  
xit, magno etiam adjumento nobis Hermogenes potest  
esse in representando: 6 at tu concede mihi, quæso, ut eo  
animo sim, quo is debet esse, qui emere cupiat: & tamen  
servio ita cupiditati & dolori meo, ut à te regi velim. Egnatius  
mihi scriptus, si quid tecum locutus erit (commodis  
simè enim per eum agi potest) ad me scribes: & id agen-  
dum puto, nam cum Silio non video confici posse. Pilia  
& Attica salutem. 7 Hæc ad te mea manu. vide, quæso,  
quid agendum sit.

## CICERO ATTICO, S.

**P**UALLILIA ad me scripta, 8 matrem suam (cum Publi-  
lio loqui retur) ad me cum illo venturam, & se una,  
si ego patier: orat multis & supplicibus verbis, ut liceat,  
& ut sibi scribam. res quæm molesta sit, vides, reteripisti  
me etiam gravius esse affectum, quærum cum illi dixi-  
sem, me iolum esse velle; quare noile me hoc tempore eam  
ad me venire putabam, si nihil reteripissim, illam cum  
matre venturam: nunc non puto, apparebat enim illi littera:  
9 non esse ipsius illud a tem, quod fore video, ipsum  
volovitare, ne illic ad me venient. & una est virtus, ut  
ego nolle, sed necesse est (re hoc nunc rogo) ut explores,  
ad quam diem hic ita possim esse, ut ne opprimat, ages, ut  
scribis, temperate Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen,  
si tibi non iniquum videbitur, ut latus hujus peregrinationis,  
quibus si Roma esset, domumque conducereret,  
quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat, ac-  
commodet ad mercedes Argiletæ, & Aventini: & cum ei  
propoferis, ipse velim reliqua moderere, quemadmodum  
ex his mercedibus suppediteimus ei quod opus sit, prestatabo,

nec Bibulum, nec Acidinum, nec Messallam, quos Athenis  
futuros audio, maiores sumptus facturos, quam quod ex  
eis mercedibus recipietur. itaque velim videoas, primam  
conductores qui sint, & quanti; deinde, ut sit, qui à diem  
solvas; & quid viatici, quid instrumenti satis sit, jumento  
certe Athenis nihil opus est, quib. autem in via utatur, dem  
plura plura, quæ opus erat: quod etiam tu animadvertis.

## CICERO ATTICO, S.

**E**Go, ut hieri ad te scripsi, si & Silius is fuerit, quem tu, 3  
putas, nec Drusus facilem le præbuerit, Damasippum  
velim aggrediare. is, opinor, 10 ita parteis fecit in rīpa ne-  
scio quotenorum jugerum, ut certa pretia constitueret; que  
mihi nota non sunt, scribes ad me igitur, quidquid egeris.  
11 vehementer me sollicitat Attica nostra valitudo: ut ve-  
re etiam, ne qua culpa sit, sed & pedagogi probitas, &  
medici aſſiduitas, & tota domus in omni genere diligens,  
me tursus id sufficiat, 12 cur agitur, plura enim non  
possum.

## CICERO ATTICO, S.

**E**Go hic vel sine Sicæ (Tironi enim melius est) facillimè, 4  
postem esse, ut in malis, sed, cum scribes videndum  
mihi esse, ne opprimar, ex quo intelligam, te 13 certum  
diem illius profectionis non habere; putavi esse commo-  
dus, me itac venire; quod ideo video tibi placere, cras  
igitur in Sicæ suburbano: inde, quemadmodum fuādes,  
puto mein Ficulensi fore, quibus de rebus ad me scripsisti,  
quoniam ipsis venio, coram videbimus, tuam quidem &  
in agendis nostris rebus, & in consilii incundis, mihi que  
dandis, in ipsis litteris, quas mittis, benivolentiam, diligen-  
tiam, prudentiam mirificè diligo.

## CICERO ATTICO, S.

**T**u tamen, si quid cum Silio, vel illo ipso die, quo ad 35  
Sicam venturus ero, certiore me velim facias, &  
maxime cujus loci detractionem fieri velit: quod enim  
scribis, extremitate vide, ne is ipse locus sit, cuius causa de-  
tota re, ut scis, est à nobis cognitum. Hirti epistolam tibi  
mis, & recentem, & benivole scripsisti. Ante, 15 quām  
à te proximè discelli, numquam mihi venit in mentem,  
quo plus insoluptum in monumentum esset, quām nefcio  
quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandum  
esset: quod non magnopere m' veret, nisi nefcio quomodo,  
& ad 36 fortasse, nollem illud ullo nomine, nisi fani, appellari.  
quod si volumus, vereor, ne assequi non possumus, nisi  
mutato loco, hoc quale sit, quæso considera, nam etiā mi-  
nus urgeat, meque ipse propemodum collegi: tamen in-  
diget tui consilii itaque te vehementer etiam atque etiam  
rog, magis quām à me vis, aut pataris te rogati, ut hanc  
cogitationemto plectre amplectare.

## CICERO ATTICO, S.

**F**ANVM fieri volo; neq; hoc mihi 16 suada eris potest, 36  
Iepulci similitudinem effigere, non tam propriæ pos-  
nam

legendum suspicere, marcus suam cum Publio leguisse, sed me cum  
illis ipse. Iunius ex conjectura legit cum Publio locutam: vulgo, matrem  
faciem cum Publio legi, ram ad me, ex illa venturam.

**D**icitur scripsitus, Boſius antiquo & Tornæl, non esse ipse: & ita  
putetur, vulgo, non illius esse.

**I**ta pars fecit, 37 Vulg, ita pars fecit.

**M**it, vehementer me scellitatis: Hic etiam in ciuius epistola statuitur in  
ms. Palatino.

**C**ura igitur, placet enim non possum, 38 Iunius ex ms. Pal, cur igitur?  
placere enim non possum.

**C**eterum diem illius profectionis, 39 Victorii antiquior codex si habet,  
ex quo intelligam & certius inveni illius profectionem: vulg, ceterum illius pro-  
fectionem diem.

**I**ta, tu canes pugna, Totam hanc periodum usque ad illa verbæ, 40  
iii epistolas, superiori epistola adscribit vulgaria editio.

**Q**uem a te proxime? Relabitur Boſius ex Scidis & Tornælano

has duas voculas, a tuis quæ exhalantur a vulgaris.

**S**uada eris potest, 41 Resepitam lectiōnem correcit Boſius, adiutor  
aliquancūlum ope veterum librorum; in quibus cum liquido scriptum  
reperiſſet, suaderis reposuit, foeda erat, tanus cestatur etiam in ms. un-  
legi, suaderis; unde difſuaderi legi: quod etiam Lambinus conjecterat.

**E**statio

nam legis studeo, quām ut maximē aſſequar. *Dicitur enim:* quod poteram, si in ipſa villa facerem. sed, ut ſepe locuti ſumus, commutations dominorum reformatio. in agro ubicumq[ue] fecero, mihi videoſt aſſequi poſſe, ut p[ro]pterit habeat religionem. haꝝ tibi inepiꝝ (*ſed fidei enim*) ferendū ſunt. & non habeo, ne me quidem ipſum, quicunq[ue] tam audacter communiceam, quām te. Si tibi res, ſi locus, ſi institutum placet, lege, quāſo, legem, mihiq[ue] eam mitte. ſi quid in mentem veniet, quo modo eam effugere poſſim⁹, utem⁹. Ad Brutum ſi quid ſcribes, niſi alienum putabis, objurato eum, quōd in Cumano eſſe noluerit propter eam cauſam. 3 quām tibi dixi, cogitanti enim mihi, niſil tam viderur poſſuſe facere ruficē. Et, ſi tibi placebit ſic agere de fano ut cōſipimus, velim cohortere, & exauſas Cluatiū: nam, etiam ſi alio loco placebit, illius nobis opera, conſilioque atendum puto. 4 Tu ad villam forſtas eras.

## CICERO ATTICO, S.

**A**T heri duas epiftolas accepi, alteram pridie datam <sup>37</sup> Hilato, alteram eodem die tabellario; accepique ab Agypta liberto eodem die, Piliam & Atticam plane belle ſe habere. & haꝝ littera mihi redditā ſunt tertio decimo die. Quid mihi Brutū litteras, gratum. ad me quoque mihi: eam ipſam ad te epiftolam mihi, & ad eam exemplum meatum litterarum. De fano, ſi nihil mihi horum locorum invenis (qui quidem tibi invenientiſſunt, ſi me tanti facis, quānti certe facis) valde probō & rationem tuam de Tuſculano, quamvis prudens ad cogitandum ſis ſic ues, tamen, niſi magna cura tibi eſſet, ut ego conſequerer, id quod magnopere vellem, numquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuſſet. Sed neſcio quo pacto celebritatem requiro, itaque horum mihi conficias, neceſſis eſt. maxima eſt in Scapula eleboritas; propinquitas pratea ubi ſis, ne totum diem in villam quare, antequam diſcedis, Othonem, ſi Romā eſt, conveniens pervelim. Si nihil erit, etiā tu meam ſtūtiā confuelli ferre, & tamen progedia, & uti ſtomachere. Drufus enim certe vendere vult, ſi ergo aliud erit, non mea erit culpa, niſi emero: qua in te ne labar, quāſo provide. providendi autem una ratio eſt, ſi quid de Scapulanis poſſimus. Et velim me certiore facias, quām diu in ſuburbano ſis futurus. Apud Terentium <sup>9</sup> gratia opus eſt nobis tua, tuaque auſtoritate, ſed facies, ut videbitur. Icio enim, ſi quid mea interfit, ibi majori cura ſolete eſſe, quām mihi. <sup>10</sup> Hirtius ad me ſcripsit, Sex. Pompejum Corduba exiſt, & fugiſſe in Hispaniam citerorem, Cnaxum fugiſſe quo. neque enim euro, nihil preterea novi. litteras Narbone dedit <sup>11</sup> KAL Maj. Tu mihi de Caminiū naufragio, <sup>12</sup> quāſi dubia miſisti. ſcribas igiū, ſi quid erit certius. Quod me à moſtitia avocas <sup>13</sup> multum levaris, ſi locum fano dederis. multa mihi

etis *dicitur enim* in mentem veniunt. ſed loco valde opus eſt, quare etiam Othonem vide.

## CICERO ATTICO, S.

**N**ON dubito, quin occupatissimus fueris, qui ad me <sup>14</sup> nihil litterarum, ſed homo nequam, qui tuum comodum non exſpectari, cum ob eam unam cauſam miſiſus eſſet, nunc quidem, niſi quid te tenuit, <sup>15</sup> ſuſpicor te eſſe in ſuburbano. at ego hic, ſcribendo dies totos, nihil e[st] quidem levor, ſed tamen aberro. Afnius Pollio ad me ſcripsit de impuro noſtro cognato, quod Balbus minos nuper fatis planē, Dolabella oblitus, hic aperitiſſime, ferrem grauiter, ſi nota agrimonia locus eſſet. ſed tamen <sup>16</sup> e[st] quidem impurius? o hominem cavidum! quamquam mihi quidem ſed tenendus dolor eſt. Tu, quoniam neceſſe nihil eſt, ſic ſcribes aliquid, ſi vacabis. Quod putas <sup>17</sup> oportere petiſeri jam animi mei firmitatem, graviusque quodam ſcribis de me loqui, quam aui te ſcribere, aut Brutum: ſi, qui me fractum eſſe animo, & debilitatum putant, ſciant quid litterarum, & cujus generis conficiam, credo, ſi modo homines ſint, exſpectant me, ſive ita levatus ſim, ut animum vacuum ad res difficultes ſcribendas afficiam, reprehendendum non eſſet; ſive hanc aberratione à dolore delegerim, quā maxime liberaliſſima, doctoꝝ; homine digniſſima, laudari me etiam oportere. ſed, cum ego faciam omnia, quā facere poſſim ad me adjuvandum; tu effice id, quod video te non minus, quam me laborare. hoc mihi debere videor, neque levari poſſe, niſi ſolvo, aut videor me poſſe ſolveare, id eſt, locum, qualem volo, invenero. Heredes Scapula, ſi illos horum, ut ſcribis tibi Othonem dixiſe, partibus quatuor factis, licti cogitant; niſi eſt ſciliſſi empotori loci. ſin veniunt: quid heri poſſit, videbinus. nam ille <sup>18</sup> locus Publicianus, qui eſt Tr. bonii, & Cufini, erat ad me allatus. ſed ſciſſa ſream eſt, nullo p[ro]eto probo. Clodius ſane placent; ſed non puio eſſe venaleſ. De Drufi horris, quamvis ab iis ahorras, ut ſcribis, tamen e[st] conſugiam, niſi quid inuenieris. Evidentia me non movent, niſil enim aliud adiſcabo, niſi id, quod etiam, ſi illos non habuero, <sup>19</sup> xvḡ δ, ſi mihi ſic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis, quām eruditii.

## CICERO ATTICO, S.

**T**ABELLARIUS ad me cām ſine litteris tuis veniſſet, <sup>20</sup> exſtimavi tibi eam cauſam non ſcribendi fuſſe, quod pridie ſcripſiles ea ipſa, ad quā reſcripsi hac epiftola, exſpectaram tamen aliquid de litteris Afnii Pollionis. <sup>18</sup> Ied nimium ſe meo otio tuum ſpicio, quamquam tibi remitto, niſi quid neceſſe erit, neceſſe ne habeas ſcribere, niſi eris valde otiosus. De tabellariorum facerem quod ſuades, ſi eſſent illaſ ſeſſariſſe littera, ut erant olim, cum breviorebus diebus, tamen quotidie reſpondeban tempore tabellarii; & erat aliquid, Silius, Drufus alia quādam. nunc,

nisi

<sup>1.</sup> *Fatig. enim.* Vulg. faceret enim.<sup>2.</sup> Non habes. Vulg. nam habet.<sup>3.</sup> Quām tibi dixi. Legendū dixit, ut eſt in Decurt. vulg. quām tibi dixi.<sup>4.</sup> *In ad villam fuisse eſſe.* Verba haꝝ in ſequentem epiftolam reſiſtūt vulga editio; ſed haꝝ non eſſe ſequentiſſe epiftolæ, & argumen- tum & m[od]i, dixerat Afnius.<sup>5.</sup> *Aſſcribi duas epiftolas accepi.* Verbum hoc, accepi, ſobdititium pa- pat Lamb[us] & lumendūm inferne <sup>20</sup> xvḡ δ, ſed hanc ſuſpicionem refellit Tornæſi, in quo legitur, accepique ab Aſſcribi eadem die & ita codice Boſius. Ceterum pro accepi vulg. legitur recipi.<sup>6.</sup> *Ita littera.* Ita legi vulg. Lamb[us], ex codice Tornæſi, vulg. ſeſſa littera.<sup>7.</sup> *Ratiōnem tuam de Tuſculano, quamvis prudens.* Aliter diſtinguit vulg. ratiōnem tuam. De Tuſculano, quamvis prudens.<sup>8.</sup> *Vt ſtomachere.* Ita repulit Boſius ex priſeſ ſuis. Junius ex mſſ. duobus Pal. ut ut ſtomachere, vulg. ut mihi ſtomachere.<sup>9.</sup> *Gratia quae etiā nobis tuos inque audierat.* Sic veteres Boſii mſſ. Junius ex duobus Pal. gratia quae etiā nobis tuos inque audierat.<sup>10.</sup> *Hinc ad me ſe ipſa.* Hoc quoque initium epiftolæ in mſſ. Pal. <sup>21</sup><sup>21</sup> Quāſi dubia miſiſi. Vulg. quāſi dubia remiſſi.<sup>12.</sup> *Melius levaris.* <sup>22</sup> *littera.* Vocabulary hoc, hydri, ex mſſ. Palat. rejeicit Junius.<sup>13.</sup> *Suſpicio eſſe.* Tedeſk in vulg.<sup>14.</sup> *Evidentia impurie.* Vulg. quid impurie.<sup>15.</sup> *Oportet peridiri.* Reclivus libri veteres, peridiri, quām vul- gati.<sup>16.</sup> *Littera Publiciana.* Freus auſtoritate Decurtati, & Tornæſiani, ſcripſit Boſius, Publicianus; vulg. publicanus.<sup>17.</sup> *Kyp̄ δ, ſi mihi ſe placuit.* Tornæſi. KYPOCAC: Decurt.<sup>18.</sup> KYPOCAC, unde conjecta Boſius legendū, κυρ̄ δ, vīl. leg- bat, κυρ̄ δ mihi ſe placuit; quam lectionem ſequatur eſſe vulga editio. Vſinus autem melius putat κυρ̄ δ, que eſt antiqui libri ſcriptora. Boſius lectionem mſſ. Palat. probant, referente Junio.<sup>19.</sup> *Sed nimiam.* Quidam legunt, ſed nimiam, quod minus probat Boſius; neque eſt in ſuis regis.

nisi Oho extisset, 1 quod scriberemus non erat. id ipsum dilatum est: tamen aliorum, cum loquor tecum abens, & multo etiam magis, cum tuas litteras lego. sed quoniam & abes (sic enim arbitror) & serbendi necessitas nulla est, conqueunt litteras, nisi quid novi extiterit.

CICERO ATTICO, S.

**40** QVALIS futura sit Casaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hortius ad me misit, in quo colligit *vita Catonis*, sed cum maximis laudibus meis, itaque misi librum ad Muscam, ut tuis libriis daret. volo enim eum divulgari: quod quod facilius fiat, imper bis tuis. Συμβολη μηγε λαπενον: nihil re perio & quidem mecum habeo & A ερωτειος & Οτανιανος αρδειος Αλεξανδρος: sed quid simile illi, & quae ipsi honesta essent, scribantur, & grata Alexandro, ecquid tu ejusmodi reperis? mihi quidem in mentem venit. Quod scribis te veteri, ne & gratia & auctoritas nostra hoc in eo morore minuatur: ego, quid homines aut reprehendant, aut postulent necis; ne dicam? 3 qui poret? ne jaceant? quis unquam minus? dum tua me domus levabat, quis a me extulit? quis venit, 4 qui offendetur? Asturam sum à te protectus. legere isti leti, qui me reprehendunt, tam multa non possunt, quam ego scripsi. quam bene, nihil ad rem: sed genus scribendi id fuit, quod nemo abesse posset. triginta dies in horis fui: quis aut congressum meum, aut facilitatem sermonis desideravit? nunc ipsum, ea lego, ea scribo, ut ii, qui mecum sunt, difficilis otium ferant, quam ego laborem. si quis requiri, cur Romæ non sum: quia diuersus est, cur non sum in his meis prædiolis, quæ sunt hujus temporis: quia frequentiam illam non facile ferrem, id sum igrur, ubi is, qui optimas Basas habebat, quotannis hoc tempus consumere solebat. cum Romam venero, nec vultu, nec oratione reprehendar, hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebam, in perpetuum amisisti, constantia, & firmitas nec animi, nec orationis requiretur. De horis Scapulanis hoc videtur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, ut præconi subiiciantur. id nisi sit, excludemus, si ad tabulam venimus, vincemus facultates Orthoris nostra cupiditate. Nam quod ad me de Lentulo scribis, non est in eo. Faberiana modis res certa sit, tuque enitare, quod facis; quod volumus consequemur. 5 Quod queris, quam diu hic; paucos dies. sed certum non habeo. simul ac constitero, ad te scribam: & tu ad me, quam diu in suburbano tuer, ad te scribam: & tu ad me, quam diu in suburbano sis futurus, quo die ego ad te huc misi, de Pilia, & Attica mihi quoque eadem, que scribis, & scribuntur, & nuntriantur.

CICERO ATTICO, S.

**41** Nihil erat, quod scriberem, scire tamen volebam, ubi es; si abes, aut absfuturus es: quando reditus es; 6 facies igitur me certiore. Et, quod tu scire vo-

lebas, ego quando ex hoc loco, postridie Idus Lanuvii, constitui maneto; inde postridie in Tusculano, sui Romæ, utrum sim facturus, eo ipso die scires. Scis quoniam ite φιλικησ συμφορη, minimè in te quidem: sed iamē avide sum affectus de fama; 7 quod nisi, non dico, effectum erit, sed fieri video; audebo hoc dicere (& tu, ut soles, accipies) insurget in te dolor meus, non iure ille quidem, sed tamen feres hoc ipsum, quod scribo, ut omnia mes fers, ac tulisti. omnes tuas consolationes unam hanc in rem velim conferas, si queris, quid optem: primum Scapulæ, deinde Clodiæ; postea, si Silius nolet; Drufus ager in justus Cusini & Treboni. puto 8 Terentium esse dominum, 9 Rebilum fuisse certe scio. Sin autem tibi Tusculanum placet, ut significati quibusdam literis, tibi affluerat, hoc quidem utique perficies, si me levavi vis; quem jam etiam gravius accusas, quam patitur tua consuetudo: sed facis summo amore, & virtus fortasse virtus meo; sed tamen, si me levavi vis, haec est summa levatio: vel si verum scire vis una. Mirtii epitolam si legeris, quæ mihi quasi πρωταρχη video; ejus viupetationis, quam Caesar scriptis de Catone, facies me, quid tibi visum sit, si tibi sit commodum, certiore. Redeo ad fanum, nili hac xitate absolutum erit, quam vides integrum restare, scelere me liberatum non putabo.

CICERO ATTICO, S.

**N**ULLVM à te desideravi diem litterarum: videbam 42 enim quæ scribis; & tamen suplicabat, vel potius intelligebam, nihil fuisse, quod scriberes. A.D. VI. ID. VERO & abesse te putabam, & plane videbam nihil te habere. ego tamen ad te ferre quotidie mittam malo enim frustra, quam te non habere, cui des; si quid forte sit, quod putas me scire oportere, itaque accepi v. 1D. litteras tuas inanes, quid enim habebas, quod scriberes? 10 Mihi tamen illud, quidquid erat, non molestum fuit, II. Nihil aliud; scire me, novi te nihil habere. 11 a scriptis tamen necesse quid de Clodia. ubi ergo ea est: aut quando venire? placet mihi res sic, ut secundum Orthonem nihil magis, sed neque hanc vendituram puto, deflectatur enim, & copiosa est: & illud alterum quam sit difficile, te non fugit, sed oblectio enitatur, ut aliquid ad id, quod cupio, excoquitemus. 12 Ego me hinc postridie exilurum puto, sed aut in Tusculanum, aut domum; inde foras Arpinum, cum certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem monere te, ut id ipsum, quod facis, faceres, putabam enim commodius te idem istud domi sgerre posse, interpellatione sublata.

CICERO ATTICO, S.

**14** Ego postridie Idus, ut scripsi ad te ante, Lanuvii mense constituvi; inde aut Romæ, aut in Tusculano, 43 scies ante utrumque. 15 Quod siles recte mi illam rem fore levamento; bene facis; cum id esset, mihi crede, perinde, ut existimare tu non posses, res indicat, quanto opere id cupiam,

1. Quod scriberemus.) Vulg. quid scriberemus.

2. Et A ερωτειος, Ερωτησις αρδειος Αλεξανδρος.) Illud, Ἀρωτησις, ex mss. exemplaribus restituit V. C. cū in nullis editiōnibus Germani aliquod vocabulum desiderari videntes, Ηρωτησις, substituerunt, sed male.

3. Quod post. Com apositro legitur prius, tam in Tornæ, quam in Decortato.

4. Quo effundere. Nelut vultu garam lectio non (effundere) mutante Boſius quamquam erat in Tornæ, qui effundet, & paulo post in horis, pro in his.

5. Quod queris quando abe. Hic principium brevis unius epistolæ in mss. Palat.

6. Fores rigores me.) Vulgati libri facias. Boſius sequetus mss. suos scripsit, facies; & mox, postridie Idus, pro postridie Idus, quod tamen non improbar.

7. Quod si usus dies, effidum erit, sed fieri video.) Trajectis verbis loco-

gendum perat L. plaut. quid nisi, non dicitur video, sed nichil effidum erit.

8. Terentius esse demissus.) Codex Tornæ, scire tamen est dominum, mendose uocinatur Lambinus.

9. Rebilum fuisse certe sic.) Vulg. Rebilum fuisse certe scire.

10. Mihi canam.) Vulg. mibi.

11. Nihil aliud; scire me, novi te nihil habere.) Alter dicitur vulgatus.

Nihil aliud scire me, novi te nihil habere.

12. Scriptis tamen.) Vulg. scripsi tamen.

13. Ego me hinc postridie.) Hoc quoque initium brevis epist. in mss. Pal.

14. Ego postridie Idus.) Superiori epistolæ rota hinc perdidit usque ad illa verba, quod siles; annexa est.

15. Quod siles recte mi illam rem.) Ita Boſ. ex Decur. vulg. quid siles recte mi illam rem fore levamento. Lamb. olim facetas erat conjecturam Manutius, quid scribie, recte mi illam rem. &c. sed postea mutata lenitatis, pco recte, legendum censuit certi.

cupiam, cum tibi audeam confiteri; quem id non ita valde probare arbitris. sed ferendus tibi in hoc meus error: ferendus? immo vero etiam adjuvandus. De Othoni, diffido fortasse, quia cupio. sed tamen major etiam res est, quam facultates nostras, prefecit adversarius & cupidus, & locuplete, & herede, proximum est, ut velim Clodix. 1 sed si ista causas consci possunt, effice quidvis. ego me maiore religione, quam quisquam fuit ullius voti, obstrictum puto. videbis etiam Trebonianos: eti absunt domini. sed, et ad te hec scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne xatas effici: quod certe non est committendum.

## CICERO ATTICO, S.

**E**T Hirtium aliquid ad te *supernaturam*, de me scripsisse, facile patior; (fecit enim humanus) & te eius epistolam ad me non misisse, multo facilius. tu enim etiam humanus. Illius librum, quem ad me misit de Catone, properer volo divulgari a tuis, ut ex istorum vituperatione sit illius *major laudatio*. Quod per Mustellam agis, habes hominem valde idoneum, meique sane studiosum jam inde a Pontiano. perfice igitur aliquid quid autem aliud, nisi ut aditus sit emptori? quod per quemvis heredem potest effici. sed Mustellam id perfecturum, si rogaris, puto. Mihī vero & locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis, & praterea *litteras*. Nam illa Silius, & Druſi non satis *litteras* mihi videntur. a quid enim sedere totos dies in villa ista? igitur malum primum Othonis, deinde Clodix. si nihil fieri, aut Druſo ludus est suggestus aut utendum Tusculano. Quod domi te inclusisti, ratione fecisti. sed queso confice, & te vacuum redde nobis. Ego hinc, ut scripsi antea, postridie id Lanuvium, deinde postridie in Tusculano: *consuli* enim animum, & fortasse vici, si modo permanero. scies igitur fortasse cras *sumnum* perendie. Sed quid est qualem? 3 Philotimus nec artim Pompejum teneri; (qua de te litteratum ad Clodium Patavinum missarum exemplum nihili Oppius, & Baibus miserant, se id factum arbitrari, bellumq; narrata reliquum fatis magnum. foler omnino esse Fulvinias, sed tamen, si quid habes, volo etiam de naufragio Caniniano scire, quid sit.

## CICERO ATTICO, S.

**E**GO hic duo magna *litteras* absolvvi, nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum, tu mihi, etiam si nihil erit, quod scribas, quod fore ita video, tamen id ipsum scribas velim, te nihil habuisse, quod scriberes, dum modo ne his verbis. De Attica, optimè. *A*uctor tua quā me movet: et si scribis nihil esse, in Tusculano eo com-

modius ero, quod & crebrius tuas litteras accipiam, & te ipsum non numquam videbo. nam ceteroqui *litteras* regi erant Astur: nec hoc, qua refringunt, hic me magis angunt. eti tamen, *vbi c v m q y e sum*, illa sunt mecum. De Cesare vicino scriperam ad te, quia cognoram ex suis litteris. 4 eum *supernaturam* Quirino malo, quam Salutem. Tu vero peruvigla Hirtium, id enim ipsum putaram, quod scribis; ut cum ingenium amici nostri probaretur, *litteras* vituperandi Catonis iridetur.

## CICERO ATTICO, S.

**V**INCAM, opinor, animum, 5 & Lanuvio pergam in <sup>46</sup> Tusculanum, aut enim mihi in perpetuum fundo illo caretum est: (nam dolor idem manebit, & tanum mediocrius) aut nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos, neque enim ita major admonitio, quam quibus assidue conficior, & dies & noctes, quid ergo? inquit: nihil *littera*? in hac quidem re vereor ne etiam contra, nam essest fortasse durior. 7 *littera* enim animo nihil agreste, nihil inhumananum est.

## CICERO ATTICO, S.

**T**U igitur, ut scripsisti; nec id incommodo tuo. <sup>47</sup> binz enim poterunt litteras occurram etiam, si necesse erit, ergo id quidem, ut poteris. De Mustella, ut scribis: et si magnum opus est, co magis delabor ad Clo-diam, quam in utroque Faberianum novem explorandum est: de quo, nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eti locutus; & quidem, ut res est, emere nos velle, nec posse sine isto nomine <sup>9</sup> nec audere re incerta, sed quando Clodia Romæ futura est, & quia tanti rem *estimas*, 10 eo prosus spes; non quin illud malum; sed & magna res est, & difficile certamen cum *suspicio*, cum *locuplete*, cum *herede*: eti de copiditate nemini concedamus: ceteris rebus inferiores sumus, sed hæc coram. Hirtii librum, ut facis, divulga. De Philotimo, idem & ego arbitraber. Domum tuam pluris video futurum *vicino Cesare*. Tabellarium meum hodie expectamus, nos de Pilla, & Attica certiores faciet.

## CICERO ATTICO, S.

**D**O M: te libenter esse facile credo, sed velim scire, quid <sup>48</sup> tibi refert, aut jam ne confeceris, ego te in Tusculano exspecto, & oque magis, quod Tironi statim te venturum scripsi, & addidisti, te putare opus esse, sentiebam omnino, quantum mihi præsens prodesse; sed multo magis *pof* discessum tuum sentio, quamobrem, ut ante ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me, 12 quod licebit.

CICE.

1. *Sed scriba minus.*] Vulg. deest particula, &c.2. *Quid enim sedet?*] Ita interpongendum, auctore Bosio.3. *Philistinus nec artim Pompejum tenet.*] Vulg. libri; nec Cartius; sed Cartium ubi sit, non facilius opinatur Bosius, quis inventat quām Aristophanis *litteras*. Legit igitur ex Decurto nec artim. Lamb. sequitur Manut. conjecturam, *Philistinus nec Cartius Pompejum tenet*, legit: sed ex codice Torni, in quo est, nec Cartius, conjecturam Turnebus. *Philistinus negat ea Pompejum*, &c. si quid vero sit priuicium mutandum, Lambinus letri vellit, *Philistinus negat Cartium ea Pompejum tenet.*4. *Est omnis pars Quirinus male.*] Ita restituit Victorius ex antiquiori suo, in quo legebatur, *Quirinus prius autem inane spatium erat in excusis, quod Germani explore conati magis corrupterant.* Ceterum pro Quirine legi vulgus *Quirinus*.5. *Et Lectoris pergam.*] Particula, &c. deest in vulg.6. *Teatum medius.*] Etiam codex Torni, ut & il quibus Petrus Victorius usus est, habent *teatum medius* illius, unde Corradus legendum existimat, *transnomodo facit*. Lamb. hujus emendationis *teatum medius*, quisquis auctor sit, rectum putat. Junius legit *tanum medius* auctore.7. *Esca* etiam animo.] Mss. suorum priscam lectionem, &c. ita emendavit Bosius. Victor. legit excolta. Junius mss. omnibus consentientibus legit, *Esca* etiam animo, &c.8. *Tu ergo si scripisti.*] Hanc periodum usque ad illa verba, *De Musella ut scribas*, superiori epistola apari necesse esse ex mss. Palat. aut Junius.9. *Nec audere re incerta.*] Vulg. nec audere incertum.10. *Es præficiens.*] Vulg. & præficiens expedit.11. *Quid licet?*] In quibusdam antiquis est, quod ut Manut. edidit in aliis quod licet; idque sincerius putat Bosius, pro quod.

## CICERO ATTICO, S.

**H**ea non multo post, quam tu a me discessisti, puto, quidam urbani, ut videbantur, ad me mandata, & litteras attulerunt: & C. Mario C. F. C. N. multis verbis agere mecum per cognitionem, qua mihi secundum esset, per eum Marium, quem scripsisse, per eloquentiam L. Crassi, avisi, ut se defendere; causamq; suam mihi perficiat, recrips patrono illi nihil opus esse, quoniam Cesaris, propinquus ejus, omnis potestas esset, viri optimi, & hominis liberalissimi: me tamen ei fautorum. O tempora! fore, cum dubiter Curtius Consulatum petere? Sed haec hactenus. De Tironi, mihi curz est, sed jam sciam, quid agat, heri enim misi, qui viderer: cui etiam ad te litteras dedi. Epistolam ad Cesarem tibi misi, horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas.

## CICERO ATTICO, S.

**V**ut me levarat tuus adventus, sic discessus affixit. quare cum poteris, id est, cum & Sextii auctioni operam dedis, revises nos, vel unus dies mihi erit utilis? quid dicam, gratius? ipse Romanum venire, ut una essemus, si sat consilium quadam de te haberem.

## CICERO ATTICO, S.

**T**IRONI M habeo citius, quam verebar, venit etiam Nicias: & Valerium hodie audiebam esse venturum, quamvis multi sint, magis tamen ero solus, quam si unus esses. sed exspecto te, à Peduceo utique, tu autem significas aliquid etiam ante. verum id quidem, ut poteris. De Virgilio, ut scribis, hoc tamen velim scire, quando auctio. Epistolam ad Cesarem mitti, video tibi placere. quid quaris? mihi quoque hoc idem maximè placuit, & eo magis, quod nihil est in ea, nisi optimi civis; sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολιτηγι precipiunt. sed scis ita nobis esse visum, ut isti ante le-

gerent, tu igitur ut curabis. sed, nisi planè illi intelliges placere, mittenda non est, id autem utrum illi sentiant, annē simulent, & tu intelliges, mihi simulatio pro reprobatione fuerit. **G** τέτο γ μυῖα ὄση? De Carellia quid tibi placet, Tiro mihi narravit: debere, non esse dignitatis meæ: prescriptionem tibi placere: hoc meuerere, alterum in metu non ponere. sed & hæc, & multa alia coram sustinenda tamen, si tibi videbitur, solutio est nominis Carelliani, dum & de Metone, & de Faberio sciamus.

## CICERO ATTICO, S.

**L**ullum Montanum nosti, qui cum Cicero profe-  
sus est: ab ejus sororis viro litteras accepi, Monta-  
num Plancum debere, quod præs pro Flaminio sit, n-s xxv.  
de ea re nescio quid te a Montano regatum, sanè velim,  
sive Plancus est rogandus, sive qua te potes illum juvare,  
juves, pertinet ad nostrum officium. si res tibi fortè notior  
est, quam mihi; aut si Plancum rogandum putas, scribas  
ad me velim; ut, quid rei sit, & quid rogandum, sciam.  
De epistola ad Cesarem quid egeris, exspecto. De Silio,  
non ita sanè labore, tu mihi aut Scapulanos, aut Glodianos  
efficias, necces̄ est, sed nescio quid videris dubitare de  
Clodia; utrum, & quando veneant, an sintne venales? Sed  
quid est, quod audio, Spintherem fecisse divortium? De  
lingua Latina securi es animi, dices, qui talia conscribis;  
δορύφοροι sunt: minor labore sunt: verba tantum af-  
fiero, quibus abundo.

## CICERO ATTICO, S.

**E**GO, et si nihil habeo, quod ad te scribam, scribo ta-  
men, quia tecum loqui video. Hic nobiscum sunt Ni-  
cias, & Valerius, hodie tuas litteras exspectabamus matu-  
tinæ, erunt fortasse altera postmeridianæ, nisi te Epeiro-  
tice littera impedit: quas ego non interpello. Misisti  
te epistolas ad Marcianum, & ad Montanum, eas in cure-  
dem fasciculum velim addas, nisi fortè jam dedisti.

M. TVL.

1. A. C. Mario C. F. C. N. multis verbis, &c.] Vulg. & C. Mario C. F. cum multis verbis.

2. Sexii auctioni] Vulg. Sestii.

3. Mihi quoque hic idem.] Apud quosdam receptam lectionem, hodie, pro hac idem, non improbat quidem Bosius, eam tamen sequentes esse, quam referebat Decuratus, quo auctore edidit, hoc idem; pronomen hic deest in vulg.

4. Sed scis ita nobis esse visum.] Sic Bosius ex fide Decuratus; vulgo, sed sic nobis esse visum.

5. Tu intelliges, mihi simulatio.] Vulg. tu intelliges, sed mihi simulatio.

6. Téτο γ μυῖα ὄση?) Hoc vero quantulam uincula? Veteres

Bos. mil. TOYTO ΔΕ ΜΥΑΟCH, quodita correxit & distin-  
xit, τέτο γ μυῖα ὄση? vulg. τέτο γ μυλάση; quod ex vo-  
teris scripsiæ vestigis conjectat Victorius; pro, τέτο γ μυάση,  
quod antelegebatur: vulgata lect onem sequitur Iunius, ac Daus-  
queus legit; τέτο δέ μ' ολάση, claram inicit, seu, rebus meis moram aqua-  
rebat.

7. Quando veneant, an sintne venales?] Vulg. quando venias no frater-  
res.

## M. TULLII CICERONIS

# EPISTOLARUM

## LIBER DECIMVSTERTIVS,

### A D

### A T T I C U M.

CICERO ATTICO, S.

**A**D Ciceronem ita scripsisti, 1 ulli ut neque severius, 2 neque temperatus scribi posuerit; nec 3 magis, quam quemadmodum ego maxime vellim. prudentissime etiam ad Tullios, quare aut ista proficiunt, aut aliud agamus. De pecunia vero, video, a te omnem diligentiam adhiberi, vel potius jam adhibitus: quod si efficis, a te hortos habeo, nec vero ullum genus professionis est, quod malum, maxime scilicet ob eam causam, qua suscepisti; cuius est festinationem mihi tollis, quoniam de salute polliceris, vel potius recipis: deinde etiam ad *magistrum*, mortitiam, que minusvad nihil mihi & reperiri potest aptius: cuius tei cupiditas impelli me interdum, ut te hortari velim, sed me ipse revoco, non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas, itaque istuc jam pro facto habeo. Exspecto, quid istis placeat de epistola ad Casarem. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tua sui memoria delectatur. Ego vero Peduceum nostrum vehementer diligo, 7 nam equanum patrem feci, totum in hunc: ipsum per leaque amo, atque illum amavi: te vero plutum, qui hoc ab uroque nostrum fieri velis. Si hortos insperieris, & si de epistola certiore me feceris, dederis mihi quod ad te scribam: fin minus, scribam tamen aliquid, numquam enim deoii.

CICERO ATTICO, S.

**G**RATOR mihi celeritas tua, quam ipsa res, quid enim dignius? sed jam ad ista obdutuimus, & humanitatem omnem eximus. Ttas litteras hodie expectabam, nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? verum tamen Oppio, & Balbo epistolas deferri jubebis, & tamen Piso nem sicubi de auro. Faberius si venerit, videbis ut tantum attribuatur, si modo attribuetur, quantum debetur. accipies ab Eroto, Ariarathes, & Arioazarani filius Romanum venit, vult, opinor, regnum aliquod emere a Casare. nam,

quo modo nunc est, pedem ubi ponat in suo, non habet. omnino enim Sextius noster & parochus publicus occupavit: quod quidem facile patior verumtamen, quod mihi, summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, invito eum per literas, ut apud me diventerit, ad eam rem cum mitterem Alexandrum, has ei dedi litteras. Cras igitur auctio Peducei, cum poteris ergo; eti si impedit fortassis Faberius; sed tamen, cum sivebit. Dionylius noster graviter queritur, & tamen jure, a discipulis abesse tam diu, multis verbis scriptus ad me, credo item ad te. mihi quidem videtur etiam 10 diutius abfuturus: ac nolle, valde enim hominem desidero.

CICERO ATTICO, S.

Tas litteras exspectabam; nondum scilicet. nam has A mane rescriberebam. Ego vero ista nomina sic probo, ut nihil aliud mi moveat, nisi quod tu videris dubitare, illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers: 11 si si ipse negotium meum gererem, nihil gererem, nisi consilio tuo. sed tamen intelligo, magis te id facere diligenter, qua semper eteris, quam quod dubites de nominibus istis, etenim Coelium non probas: plura non vis, utrumque laudo. his igitur utendum est. 12 præsaliquando factus es, & in his quidem tabulis, a me igitur omnia. 13 quod dies longior est, (teneamus modò quod volumus) putate fore istam etiam a præcone diem, certe ab heredibus. De Crispo & Mustella videbis: & velim scire, quæ sit pars duorum. D. Bruti adventu eram factus certior, attulerat enim ab Ægypta libertus litteras, misi ad te epistolam, quia commode scripta erat.

CICERO ATTICO, S.

**H**ABEO munus à te elaboratum 14 de decim legatorum; de quidem puto, nam filius anno post Quæstor fuit, quam Consul Mummius, sed quoniam sapientis de nominibus queris quid placeat, ego quoque tibi sapientis respondeo, placere. Si quid poteris cum Pilone, conficies: 15 Avius enim videtur in officio futurus. Velim ante possis, si minus,

1. **U**bi ut neque severius.) Hanc locutionem efformavit Bosius ex corrupcio hac Tornæ. & Seidurum scriptas, sibim neque severius, vulg omittitur vox alli.

2. **T**emperatus.) Aucteribus libris suis Tornæ. & Decuri. sacerdos scripsit Bosius, aliis, temperatus, legunt.

3. **M**agis, quam quemadmodum.) Dicitio, quam, Manutio videtur abundare.

4. **Q**uid si efficis.) Ita etatim misit Bosius, vulgo, & si efficis.

5. **K**ataglori.) Vix ad exitum perductionem.

6. **R**epetit, patet aperte.) Vulg. accise.

7. **N**am equanum patrem feci, tenum in hunc: ipsum.) Pro equanum, vulg. habetur & quoniam. Ceterum Victorius se hunc locum restituuisse ex codi. suis ait, quam antea nullo sensu legeretur statum in uno ipsum, per sequitur agere, &c.

8. **A**rioazarani.) Vulg. Arioazarani.

9. **P**arochus publicus.) Hæc est Tornæ, Victorii, & Malasp. codicem lectione que probat Lambinus. Junius Fulvium sequitur legit, parochus publicus, vulgo parochia.

10. **D**ies longius: ac nolle, & Vulgo & legitur & distinguitur, diuinus aliusvare, ac nolle.

11. **Q**ui si ipse negotium meum gererem, nihil gererem nisi consilio meo.] Ita Lamb. reprobat ex Tornæ, quæ lectio Sc. darum auctoritate confirmatur, vulg quidam ipse negotium meum gererem, nisi consilio, &c.

12. **P**rae aliquando factus es & in his quidem.) Ita ex Scidis legit Bosius, vulgatæ Victoriorum sequantur legentem, præ aliquando factus es in his: antea habeatur, expes aliquando factus es, &c. Lamb. ex Tornæ, ut ait, cum Germanis legit, præ aliquando er; ex quo Manutius facit factus es.

13. **Q**uid dies longior est, (teneamus modò quod volumus) patet, &c.) Manut. ita conjectat legendum, cujus conjecturam confirmavit codex Tornæ, in quo plane sic scriptum repente Lambinus. vulgatæ habent quid dies longior est.

14. **D**icit decim legatorum.) Ex Scidis & Tornæ. sic edidit Bosius, vulg. particula, de, absit.

15. **A**vius enim videtur.) Ita emendavit Victorius ex vett. codi. antea habebatur, animus enim, &c. vulgo legit Animus enim, &c.

vis, utique simul simus cum Brutus venies in Tusculum. magni interest mca, una nos esse. scies autem, qui dies futurus sit, si puer negotium dederis, ut quaret.

## CICERO ATTICO, S.

<sup>1</sup> **S**P. Mumnum putaram in decem legatis fuisse: & sed videlicet, etenim *λύτρον*, fratri fuisse. fuit enim ad Corinthum, misi tibi Torquatum, colloquere tu quidem cum Silio, ut scribis, & urge. istam diem negabat esse mense Mayo, istam non negabat, sed tu, ut omnia, istuc quoque ages diligenter. <sup>2</sup> De Crisp & Mustella, scicet cum quid egeris. Quoniam ad Brutus adventum fore te nobilium polliceris, satis est, praesertim cum hi tibi dies in magno nostro negotio consumantur.

## CICERO ATTICO, S.

<sup>3</sup> **D**equazodatu probè fecisti. <sup>4</sup> colannarium, <sup>5</sup> vide, ne nullum debeamus. quamquam mihi videores audire à Camillo, commutatam esse legem. Pisoni, quid est, quod honestiss respondere possimus. quam solitudinem Catonis? nec coheredibus solum Herennianis, sed etiam, ut tuis, (tu enim mecum egisti) de puer Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) in Achaja sumserat. sed agit liberaliter, quoniam negat te quidquam facturum contra nostram voluntatem. coram igitur, ut scribis, constituemus, quemadmodum rem explices. Quod reliquos coheredes convenisti, <sup>7</sup> planè bene fecisti. Quod epistolam meam ad Brutum potes, non habeo ejus exemplum, sed tamen salvum est, & ait Tiro te habere oportere: &, ut recordor, una cum illius oburgatori tibi meam quoque, quam ad eum rescriperam, nisi. Judicialis molestia ut caream, videbis. Tuditum istum, proavum Hortensii, planè non noram; & filium, qui tum non potuerat esse legatus, fuisse putaram. Mumnum fuisse ad Corinthum, pro certo habeo. ssp. enim hic Spurius, <sup>9</sup> qui nuper est, epistolas mihi pronuntiabat <sup>10</sup> veſſulū faciat ad familiares missas à Corintho. sed non dubito, quin fratri fuesit legatus, non in decem. atque hoc etiam accepi, non solitos majoreis nostros legare in decem, qui essent imperatorum necessarii, ut nos ignari pulcherrimorum institutorum, aut negligentes potius M. Lucullum, & L. Murenam, <sup>11</sup> & ceteros conjunctissimos ad L. Lucullam misimus. illudque *ἐν λόγῳ τέλος*, illum fratri in primis ejus legatis fuisse. operam tuam multam / qui & hac cures, & mea expediias, & sis in tuis multo ministris diligens, quam in meis.

<sup>2</sup>. Sp. Mumnum.] Bosius Scidas sequitur recte hic inchoat epistola, teste Junio.

<sup>2</sup>. Sed videlicet: etenim *λύτρον* fratri fuisse.] Ita ex antiquis suis Bosius antea erat & videlicet. Righius in Fastis suis ad annum urbis DCIV. afterit etiam in ms. veterissimo fuisse, sed videlicet; coniectaque: sed videtur licet, hoc est dispicere & considerare diligentius licet. idem liber ejus habebat, in decem fuisse, sine illo legatis.

<sup>3</sup>. De Crisp & Mustella scicet. <sup>4</sup> Victorio hæc debetur emendatio, antea legebatur, De Crisp & malis scitibus.

<sup>4</sup>. Colannarium.] Fulvius aut effice in uno ms. colannarium.

<sup>5</sup>. Vide ne nullum debeamus.] Sie haber codex Torni, probante Lambino, Manut, tamen, Corrad & Malasp. malum legi, ne ullum.

<sup>6</sup>. Nec coheredibus solum.] Quidam sic legi volunt, nec cum coheredibus solum Herennia, sed etiam, ut fui tu mecum egiri de parte Lucullo. codex Torni habet, nec cum heredibus, &c. omnino locus corruptus videtur Lambino.

<sup>7</sup>. Planè bene facisti.] Ita Decent. & Torni. verbum, scicisti, abest à vulgaritate.

<sup>8</sup>. Et ait Tiro te habere sparsere, & ut recordor.) Hanc lectionem sequitur Iunius, quam Lambin. improbat. Illud: sparsere, irreptum existimans, conjectaque: e posse legi, & ait Tiro apud te esse, & n̄ recor. sequitur tamen codices Memm. Huralt. & Torni. qui habent, & ait Tiro te habere! & ut recor. &c.

<sup>9</sup>. Qui nuper, &c.] Emendatio hæc est Bosii: vulg. qui nuper est \* epist.

<sup>10</sup>. Manut. ait in uno ms. legi qui nuper est meruisse, sed Bosio non probante, & dubitante Lambino. Victorius aliquid deesse agnoscat.

## CICERO ATTICO, S.

**S**estriv apud me fuit, & Theopompus pridie: venisse <sup>7</sup> Sa Ozlare narrabat litteras; hoc scribere, sibi certum esse Roma manere; <sup>12</sup> causamque eam adscribere, quæ erat in epistola nostra, ne se absente leges sua negligentur. sicut effter neglecta sumptuaria, est *λύτρον*: idque eram suspicatus. sed istis mos gerendas est, nisi placet, hanc ipsam sententiam nos persequi. & Letitulum cum Metella certe fecisse divortium, hæc omnia tu melius recribes igitur quidquid voles, dum modo quid. jam enim non reperio, quid te recriptum putem, nisi forte de Mustella, aut si Silium videris. <sup>13</sup> Brutus heri venit in Tusculanum post horam decimam: hodie igitur me videbit: <sup>14</sup> ac veleme, cum adestes, jussi equidem ei nuntiari, te, quoad potuisses, expectasse ejus adventum, venturumque, si audieres; meque, ut facio, continuo te certiorum esse facturum.

## CICERO ATTICO, S.

**P**LAM & nihil erat, quod ad te scriberem. modò enim <sup>8</sup> discieras, & paullo post triplices remitteras. <sup>15</sup> ve-

lim cures fasciculum ad Vestitorum deferendum: & aucti-

des negotium, qui quæ: et, Q. Faberii fundus num quis in

Pompeiano, <sup>16</sup> Nolanove vanalis sit. Epionem Brutii Cœ-

lianorum velim mihi mittas, & à <sup>17</sup> Philoxeno <sup>18</sup> Πατρο-

τις *περὶ περιοδοῖς*. Te Idib video cum tuis.

## CICERO ATTICO, S.

**C**OMMODO DVM discieras, & hunc Trebatius venit, <sup>9</sup> paullo post Curtius; hic salutandi causa: sed manlit invitus. Trebatium nobiscum habemus. hodie manè Dolabella, multis sermo ad multum diem. nihil possum dicere <sup>19</sup> *εἰπεῖσθαι*, nihil *φιλοτερεῖσθαι*, <sup>20</sup> ventum est tamen ad Quintum. multa *ἀρχαὶ*, *αδημῶν*: sed unum ejusmodi, quod nisi exercitus ferre, non modò Tironi dñe-  
tare, sed n̄ ipse quidem auderem scribere sed haec tamen. *εὐχέρων* ad me venit, cum haberem Dolabellam, Tor-  
quatum; humanissimeque Dolabella, quibus verbis secum  
egi slem, exposuit. commodum enim egeram diligenterissime: quæ diligentia grata est via Torquato. A te exspe-  
cto, si quid de Bruto. quamquam Nicias confessum puta-  
bat; sed *divortium* non probari. quo etiam <sup>21</sup> magis labo-  
ro idem, quod tu. si quid est enim offensionis, hæc res me-  
deri potest. <sup>22</sup> mihi Arpinum eundum est. nam & opus est  
constitui à nobis illa prædiola; & vereor, ne excundi pore-  
stas non sit, cum Caesar veneride de ejus adventu eas op-  
tionem Dolabella haberet, quam tu conjecturam faciebas ex  
litteris Messallæ, cum illuc venero, intellexeroq; quid ne-  
gotii sit; tum, ad quos dies redditurus sim, scribari ad te.

F pp

CECE.

<sup>10</sup>. *Verſicula facieſi.*] Vici. & Bosi lectionem hanc eti non multum probent, rejicere tamen non audent illus misi habent, *verſicula facieſi* hujs verò, ut & duo Palat. *verſicula facieſi*; unde conjectur *verſicula facieſi*.

<sup>11</sup>. Et ceteros conjunctissimos.] Vocem, *conjunctissimos*, addidit Bosius ex ms. suis.

<sup>12</sup>. *Causamque eam adscribere.*) Eum adscribere, vulgo.

<sup>13</sup>. Brutus heri venit.] Hoc principium epistole in ms. uno Pal. & probat Junius.

<sup>14</sup>. *Ac vellim cum adeste iusti.*] Ita Lamb., & Bosius ex ms. legobat cur ante in excusis, misi quidem et nuntiavi. Iunies aut ms. Pa. habere, misi quidem & nuntiavi.

<sup>15</sup>. *Velim eum fasciculum ad Vestitorum.*] Sic emendavit Vici. prius legebatur *volumen eum fasciculum ad Vestitorum*, &c.

<sup>16</sup>. *Nolanove vanalis.*] Sic habebat ms. unus Fulvi, sic etiam veteres Bosii, vulgo *Nolanove vanalis*.

<sup>17</sup>. *Philoxenos.*] In Torniiano & Crucellino est, *Philoxenos*.

<sup>18</sup>. *Πατροτις.*) Panzelli de providentia.

<sup>19</sup>. *Εἰπεῖσθαι*.) Prolixius & largius in officiis promittens dñs nihil amaritios.

<sup>20</sup>. *Υπερβάνη ταῦτα ad Quintum.*] Emendatio Victorii pro eo quod ante legebatur, *εἰπεῖσθαι* est *ταῦτα ad qua.* Manutius pro *ταῦτα*, mox videtur.

<sup>21</sup>. *Magis labore idem, quædā.*) Vulg. *magis labore.* Idem *quædā*, &c.

<sup>22</sup>. *Mihi Arpinum eundum est.* Hoc in ms. Pal. principiū epist.

I. II. 29

## CICERO ATTICO, S.

**M**inima miror te & graviter ferre de Marcelllo, & plura vereri periculi genera. Quid enim hoc timeret, quod negat acciderat antea, nec videbatur natura ferre, ut accidere posset? omnia igitur metuenda. sed illud  
**I**nde tamen iste, tu praeletum: ME RELIQUUM  
**C**ONSULAREM quid? tibi Servius, quid videtur? quamquam hoc nullam ad partem valet scilicet, mihi praestitum, qui nos minus bene actum cum illis putem, quid enim sumus? aut quid esse possumus? domine, an foris? quid nisi mihi hoc venisset in mentem semper ista nescio quae, quod veterem me, non haberem, ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, neque tamen quodammodo, molestia tamen faciendum certe aliquid est. valde enim desiderat, 2 Brutus si quid egerit, carabis ut sciatis: cui quidem quamprimum agendum puto, praestitum si statuit. sermunculus enim omnem aut restinxerit, aut sedarit, sunt enim, qui loquantur etiam mecum. Sed hæc ipse optimè, praestitum si etiam tecum loquetur, 3 Mihi est in animo proficiisci. Kal. hincenam nihil habeo quod agam, ne hercule illic quideam, nec usquam, 4 sed tamen aliquid illuc. Hodie Spineter exspecto, milite enim Brutus 5 ad me: per litteras purgat Cæstrem de interitu Marcelli: in quem, ne si insidiis quidem ille interfactus esset, caderet ulla suspicio, nunc vero, curio de Magio confiter, nonne furor eius causam omnem sustinet? planè, quid sit, non intelligo. exemplaris igitur, quamquam nihil habeo, quod dubitem, nisi ipsi Magio qua fuerit causa amentia: pro quo quidem & etiam sponsor Sunii factus est, nimurum id fuit. solvendo enim non erat, credo eum petuisse à Marcello aliquid, & illum, ut erat, constantius respondisse, 7 & tu tuus es.

## CICERO ATTICO, S.

**R**edebam esse facile, totum est aliud, postea quādsum à te & dijunctior, sed fuit faciendum, ut & constitueram: mercedulas prædiomum, & ne magnum onus observantia Bruto nostro imponerem, posthac enim poterimus comodiū colere inter nos in Tusculano. hoc autem tempore, cum ille me quotidie videre vellat, ego ad illum ite non possem, privabatur omni delectatione. Tusculana tu igitur, si Servilia venerit, si Brutus quid egerit, etiam si constituerit, quando obviabit: quidquid denique erit, quod scire me oporteat, scribes. Pilonem, si poteris, & convenies, vides, quam maturum sit, sed tamen, quod cognomo tuo fiat.

## CICERO ATTICO, S.

**V**alde me momorderunt epistola tua de Attica nostra: eadem tamen sanaverunt, quod enim te ipse consolabare eisdem litteris, id mihi erat satis firmum ad leniendam aegritudinem. Ligarianam præclarè vendidisti.

1. *Illegit. m. iſcēſiā.*) Præter historiam, contra veritatem Junius ait miss. Pal. habere. *Illegit. m. iſcēſiā.*

2. *Brunus si quid egerit.*) Ita legendum ex Decurt. ut & Lamb. emendavit ex Torn. vulgat: sequuntur Victor. qui vocem egerit supervacaniam putat, atque in nullis miss. quos. vidit existare.

3. *Alii est in anime.*) Hoc alterius epistole principium, in mis. uno Palat.

4. *Sed tamen aliquid illuc.* Hodie.] Sic Bothus ex Decurtato, vulg. sed tamen illuc habens.

5. *Ad me per litteras.*) Ad me per litteras, habent, vulgatæ edit.

6. *Etsi sponsor Sunii fatus illi.*) Sic Bothus ex corrupta locorum scriptura, in Tornat. enim habebatur, sponsor suni fatus illi, in Decurt. vulg. sponsor Suni fatus illi.

7. *Où tu tuus es.*) Supplendum ex Euripidis Ione, *Phiſtētū*, *tū* προγένετον Περσαῖς ὄντως, ἵγειρος ἢ ὀγαρύπον. Non eadem facies apparet, cum res procul sunt: & cum proprie caruntur. Sic Bothus depravatam Euripiðis lectionem emendat. Lamb. cum. Vict. legit. & tu tuus es. vulg. habebunt. & quod *où tu tuus es.* vel *hōdēsūs.*: in codice Torn. legitur & *mētē* *où tu tuus es.*

8. *Dijunctio.*] Vulg. *dijunctio.*

9. *Constituta.*] Vulg. *conveniens.*

10. *Si m. a. m. a. m. a.*] Vulg. *si m. a. m. a. m. a.*

posthac quidquid scripsero, tibi p̄z conium deferam. Quod ad me de Varrone scribis, ro leis me arte orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. postea autem quād hac cœpi φιλολογίę, jam Varro mihi denuntiaverat magnam lāne, & gravem προφόρον, biennium præterit, cū ille Kal. Ianuarii, aliud cursu cubitus nullum processerit. ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misseret, ut 11. αὐτὴ τῇ μέτρᾳ, καὶ λόγῳ, si modo potuisse. nam hoc etiam Herodotus adscribit, 12. εἴκε διώνυσος. nunc illam τῇ τελῶν συντάξῃ, lāne mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, despontimus, 13. idque tu eum non nolle mihi scripseris. ergo illam, 14. ἀγρόνυμον, in qua homines, nobiles illi quidem, sed nullo modo φιλολογί, nimis acutè loquantur, ad Varronem transferamus. etenim sunt Ἀντίσχεια: qua iste valde probat. Catulo & Lucullo alibi reponemus; ita rāmen si tu hoc probas: de que eo mihi scribas velim. 15. De Brinniana auctione accepī à Vestorio litteras, art, sine ulla controvergia rem ad me esse collatam (Romæ videlicet, aut in Tusculano me fore putaverunt) A.D. 11X. Kal. Quint. dices igitur 16 vel amico tuo, S. Vettio coheredi meo, vel Labeoni nostro, paulum proferant auctionem; me circiter Nonas in Tusculano fore, cum Pilone frōtem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adeft.

## CICERO ATTICO, S.

**C**OMMĀTVS tuis litteris, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transfluique ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor. grandiores sunt omnino, quād erant illi; sed tamen multa detracta, tu autem mihi per velum scribas, 17. qui intellexeris illum velle. 18. illud verò utique scire cupio, quem intellexeris ab eo Συλλογῆς, nisi forte Brutus: 19. id hec refusat: sed tamen sicte per velum, libri quidem ita exierunt, (nisi fortè me communis φιλολογία decipit) ut in tali genere ne apud Gracos, quidem simile quidquam, tu illam jacturam feres æquo animo, quod illa, qua habes de Academicis, frustra dicta sunt. multo 20. tamen hic erunt splendidiora, breviora, moliora, nunc autem δημόσιο, quod me vertam, volo Dabellæ 21. valde desideranti non reperio, quid: & simul αὐδίοντος Τραγῶς, neque, si aliquid, 22. qui poterit μέμψις effugere, aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum, sed quid hac levia cutamus? Attica mea, obsecro te, quid agit? qua me valde angit. sed crebro regusto tuas litteras, in his acquiesco, 23. tamen exspecto novas.

CICE-

11. *Aὐτῷ μὲν.*) Eadem mensura, & melius.

12. *Αἴτη δύναμις.*) Si possit. Vulg. αἴτη δύναμις.

13. *Ιδε τοῦτο.*) Vocula m. quæ abest ab excusis, restituit ex mss. suis Boiliis.

14. *Αὐτοδημάκης.*) Vulg. ἀυτοδημάκης.

15. De Brinniana auctione.) Ita ex veteribus libris reposuit Victorius, pro Brinniana auctione.

16. *Vel amico tuo S. Vettio coheredi.*) Vulgati codicas edunt pro 2. *Vettio, vel Orthon.* aliter quam illi nam in Tornat. Decurt. & Crucell. est, Sunius. Bolus primam literam à reliquis dijunctis legit. 3. *Vettio, id est, spousa Vettie.*

17. *Quem intellexeris.*) Emendatio Victorii, cum ante legeretur, qua intellexeris.

18. *Illud verò utique.*) Particula vero, abest à vulgatis.

19. *Id heret i. p. b. a. t.*) Tempore V. C. legebatur, id i. d. refusat; quod ille agnoscat victolum esse, & dubitanter concitat, id i. d. refusat; plane improbanos eos qui legebant: idem d. d. refusat.

20. *Taenia heret.*) Vulg. traen.

21. *Vulga defederant.*) Magis defederant, Vulg.

22. *Qui patet μέμψις.*) Quod deest in vulgatis.

23. *Tamen exspecto novas.*) Victorius mayault, N. 11. & hanc sit ex præciam lectionem.

1.5.

## CICERO ATTICO, S.

**14** BENIGNUS livetus, coheres noster, scripsit ad me, vel  
ie, si mihi placebet, 2 coheredes, & Sabinum Albium  
ad me venire, id ego planè nolo, hereditas tanti non est.  
& tamen obire auctionis diem facile poterunt, & est enim  
111. id.) si me in Tusculano postridic Nonas mane con-  
venierint, quod si laxius volent proferre diem, poterunt  
vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur, nihil enim in-  
terest, quare, nisi jam profecti sunt, retinebis homines.  
De Bruto, si quid erit: de Cæsare, 3 si quid scies; si quid  
erit præterea, scribes. Illud etiam atque etiam confide-  
res velim, placeatne tibi mitti ad Varronem, quod scripsi-  
mus: et si etiam ante aliquid pertinet, nam scito, te ei  
dialogo adjunctum esse extixum, opinor igitur confidere-  
mus: et si nomina jam facta sunt, sed vel induci, vel mu-  
tari possunt.

## CICERO ATTICO, S.

**15** QUID agit, obsecro te, Attica nostra? nam triduo ab-  
te nullas accepseram: nec mirum: nemo enim vene-  
rat: nec forte se causa fuerat, itaque ipse quid scriberem  
non habebam, quo autem die has Valerio dabant, exspe-  
ctabam aliquem meorum: qui si venisset, & a te quid at-  
tulisset, videbam non defuturum quod scriberem.

## CICERO ATTICO, S.

**16** NOs, cum flumina, & solitudines sequeremur, quod  
facilius sustentare nos possemus, pedem è villa adhuc  
egressi non sumus; ita magnos & astudos imbrevis habe-  
bamus. Ilam Academicen σωμάτιον tota ad Varrone tradu-  
ximus, 5 primò fuit Catuli, Luculli, Hortensii, deinde quia  
πρότερον videbatur, 6 quod erat hominibus nota,  
non illa quidem πατέρων, sed in iis rebus πράγματι, simil ac veni ad villam, eosdem illos sermones ad  
Catonem, Brutumque transtulii. ecce tua litteræ de Var-  
rone, nemini visa est aptior Αἰνίδια ratio, sed itamen  
velim scribas ad me, primum placeatne tibi aliquid ad il-  
lum, deinde, si placet, hocne potissimum. Quid Servi-  
lia, jamne venit? Brutus equid agit, ecquando? De  
Cæsare quid audiatur? Ego ad Nonas, quemadmodum  
dixi. Tunc Pisonem, si quid poteris.

## CICERO ATTICO, S.

**17** VKALEND. expectabam 9 Roma aliiquid; non quò im-  
perasse, igitur aliquid tuis, nunc eadem illa, quid  
Brutus cogitet, aut si aliiquid egit, 11 ecquid à Cæsare, sed  
quid ista, quæ minus ergo? Attica nostra quid agat, scire  
cupio, et si tuæ litteræ (sed iam nimis veteres sunt) recte  
sperare jubent, tamen exspecto recens aliiquid.

## CICERO ATTICO, S.

**18** VIDES, propinquitas quid habeat, nos verò conficia  
mushortos, colloqui videbamur, in Tusculano cùm

esset; tanta erat crebris litterarum, sed id quidem jam  
erit, ego interea admonitus tuo perfeci sane argutulos li-  
bros ad Varronem: sed tamen exspecto, quid ad ea, quæ  
scripsi ad te: primum, qui intellexeris cum desideraret  
me, cùm ipse homo πολυτελές, numquam me la-  
coiffatus: deinde, 12 quem ζηλοτυπία, nisi forte Brutum:  
quem si non ζηλοτυπία, multo Hortensium minus, aut eos  
qui de Rep. loquuntur, planè hoc mihi explicet velim:  
in primis, manecasne in sententia, utmittam ad eum, quæ  
scripsi; an nihil necesse putes, sed hæc coram.

## CICERO ATTICO, S.

**19** COMMODO discesserat Hilarus librarius τύπον. Kalend.  
cui dederam litteras ad te, cùm venir tabellaris cum  
tuis litteris pridie das; in quibus illud mihi gratissimum  
fuit, quod Attica nostra roget te, ne tristis sis, quodque tu  
καὶ πώς esse scribis. Ligarianam, ut video, præclarè  
auctoritas tua commendavit. scripsi enim ad me Balbus,  
& Oppius, mitificè se probare, ob quamque causam ad Cæ-  
sarem eam le oratione misse. hoc igitur idem tu  
mihi ante scripseras. in Varrone justa causa me non mo-  
veret, 13 ne videcer φιλόδοξος: sic enim constituebam,  
neminem includere in dialogos eorum, qui viventes) sed,  
quia scribis & desiderari à Varrone, & magni illum exsti-  
mare, eos confeci; & absolvvi, nescio quām bene, sed ita  
accrue, ut nihil posset supra, 14 Academicam omnem  
questionem libris quatuor. in eis, quæ erant contra αὐτοπάληψιν præclarè collecta ab Antiocho, Varroni dedi-  
ad ea iple respondeo: tu es tertius in sermone nostro. si  
Cottam, & Varronem fecissem inter se disputanteis, ut à  
te proximis litteris admoneor; meum πρότερον πρᾶγμα ποστ  
esset, hoc in antiquis personis suaviter sit, ut & Heraclides  
in multis, & nos sex de rep. libris fecimus. sunt etiam  
de oratore nostri tres, mihi vehementer probati. in eis  
quoque ex persona sunt, ut mihi tacendum fuerit. Cras-  
tus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Julius,  
frater Catuli, Cotta, Sulpicius, puero me hic sexmo in-  
ducitur, ut nulla esse possint partes meæ, quæ autem his  
temporibus scripsi. A εὐτέλειον morem habent; in quo  
sermo induxit ceterorum, ut penes ipsum sit princi-  
patus. ita confeci quinque libros: πέμπτη τελῶν, ut Epicurea  
L. Torquato, Stoica M. Catoni, πέμπτη M. Pisoni  
darem. 17 ἀγηλοτυπητή id fore putaram, quod omnes  
illi recellerant. hac Academicæ, ut scis, cum Catulo, Lu-  
culo, Hortensio conuleram. sane in personas non cade-  
bant. 18 erant enim λογικότερο, quām ut illi de iis lo-  
minasse unquam viderentur. itaque, ut legi tuas de Var-  
rone, tanquam ἴρητις atripiui. aptius esse nihil po-  
tuit ad id philosophia genus, quo ille maximè mihi de-  
clarari

P pp. 2

1. Si mihi placebet.] Ita Dec. & Torn. vulg. plant.

2. Coheredes & Sabinum.] Fulvius sit in mi. suo esse coheredes se & Sa-  
binum.

3. Si quid scies; si quid erit præterea, scriber. ] Sic Decuri. & Tornæ.  
vulg. si quid fecis, præterea, scriber.

4. Et si taliter. ] Auctoriis veteribus libris sic scribirat Bosius;

legitur singulari numero, & scindindem.

5. Primum fuit Catuli. ] Et à Torn. & Dec. vulgo, modo fuit Catuli.

6. Quod rebus minime nota. ] Lectio hæc est Dec. & Torn. alii ha-  
bent, quod est etiam in libro non ignota.

7. Αἴτιοιδος. ] Ignorantia.

8. Ατραπά. ] Ruditas. Sic reposuit Victorius, nisi quod dandi  
casu legit, antea legebatur ατραπά.

9. V. Kal. ] Ita Lamb. & Bos. ex Scid. & Torn. vulg. D. UI ex p. Ra-  
bæm; ex quo Lamb. oīus fecerat: die UI. vel. A. D. UI. sed nunc Torn.  
nisi. lectionem omnibus præponit.

10. Romæ aliquid; non quo imperiasset. Igitur aliquid tuu. ] Sic Bosius

ex Scid. & Torn. vulg. Romæ aliquid non imperiasset, iugis aliquid; qui-

dam legunt; Romæ aliquid prius imperiasset, iugis aliquid, sed Lamb. si

quid sit morandum: sic mutatis a Romæ aliquid, non quo imperiasset tuu.

11. Ecquid. ] Vulg. & quid.

12. Quem Ζηλοτυπία. ] Fæcnav post hoc verbum, decesse aliquod.

putabat, & recte: nam Bosius ex Decurio & Tornæ. hæc verba quæ  
vulgo decant addidit, nisi forte Brutum: quem si non Ζηλοτυπία, multe,

13. Ne videcer φιλόδοξος. ] Ambitiosus, amator illustrium vito-  
rum. Petrus Vick hoc restituens tum ex oīis, com ex oīis excusis, re-  
pudiatis illud, φιλόδοξος, quod in hujus locum irreptum.

14. Academicam emam questionem libris quatuor. ] Hoc totum suspic-  
tabundare Manut. negligenter super omrum verborum; sed male sus-  
picatur judice Lambino, qui retinendum censet.

15. Αὐτοπάληψις. ] Opinionem eorum, qui nihil comprehen-  
di possent dicant.

16. Καφθαριζόμενος. ] Mutapersona.

17. Αγηλοτυπητή. ] Sine invidia. Libri ex eius, ἀγηλοτυπητή,

quod non displicet Bosio. verum alterum prætulit, quia reperi in  
mi suis.

18. Eros enim λογικότερο, quam ut illi de iis somni: esse unquam di-  
derentur. ] Hoc Vick. & alii recte tuerunt, antea legebatur nullo profus

sensu, sicut enim λογικότερο, quam inservia de iis omnia & iniqua via

derentur.

19. Εργάζομαι. ] Lucrum insperatum.

stari videtur, & meaque partis, ut non sum consecutus, ut superior mea causa videatur. & sunt enim vehementer mihi Antiochia: qua diligenter à me expressa, acumen habent Antiochi, misericordiam nostrum; si modò is est aliquis in nobis, sed tu, dandosne putas hos libros Varzoni, etiam atque etiam videbis, mihi quoddam occurunt: sed ea cōtem.

## CICERO ATTICO, S.

**A**CYASAR litteras accepi consolatorias, datas prid. Kal. Maj. Hispali. De urbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi; id sane scire velim. Torquato nostra officia grata esse, facile patior: eaque augere & non desinam. Ad Ligariam, de uxore Tuberonis, & privigna, neque possum iam addere, (est enim res per vulgata) pieque Tuberonem volo defendere. misericordia est enim *αριστοφάς*, theatrum quidem sanè bellum habuisti, ego, etiū hoc loco facilimè solent, tamē te videre cupio. itaque, ut cōstitui, adeso. Fratrem credo à te esse conveniū. scire igitur studeo, quid egeris. De fama nihil labore: etiū scripsoram ad te tunc & stulte; **Nihil Melius**, curandum enim non est, atqui hoc in omni vita sua & **Quemque à recta conscientia & transuersum unguem non oportet discedere**: & viderit quam *φιλοσόφας*? an tu nos frustra existimas hæc in manibus habere? *διδύχια tenorem*, quod nihil erat, redeo enim cursus eodem, quidquamne me putas curare in toto uisit ut ei ne desum? id ago scilicet, ut iudicia videat teneri. **Io** μή τοις? veleim tam domesticā ferre possem, quam ita contineat, putas autem me voluisse aliquid, quod perfectum non sit? non licet scilicet sententiam suam: sed tamē quæcum acta sunt, non possum non probare: & tamē non curare pulchre possum, sicuti facio. sed nimium multa de nugis.

## CICERO ATTICO, S.

**A**D Hirtium dederam epistolam sanè grandem, quam scripsoram proximè in Tusculano. Huic, quam & tum mihi misisti, restribam alias nunc alias malo. Quid possum de Torquato, nisi aliquid à Dolabellā? quod simul ac; continuo scieatis, exspectabam hodie, aut summum eras ad eo tabellarios: qui simul ac venerint, mittentur ad te. A Quinto exspecto, proficisciens enim è Tusculano & Kal. ut scis, misi ad eum tabellarios. Nunc, ad rem ut redeam, in hibar illud tuum, quod valde mihi attri-

serat, vehementer displiceret. est enim verbum totum nauticum, quamquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sufficiēti remos, & cum inhibere essent remiges iussi, id non esse ejusmodi didici heri, cum ad villam nostram navis appetieretur, non enim sufficiēti, sed alio modo remigant. id ab eis *πεντηκοντη* remotissimum est, quare facies, ut ita sit in libro, quemadmodum fuit. **14** dices hoc idem Varroni, nisi fortè mutavisti, nec est melius quidquam: **15** quam ut Lu-  
cilius **16** sufficiat curram ut boni sapientia agitator, equusq; semperque Carnades **17** πεντηκοντη pugilis, & retentionem au-  
riga **18** similem facit *πεντηκοντη*. inhibitus autem remigum mo-  
tum habet, & vehementiorem quidem, remigatio nam  
vem convertentes ad puppam, vides, quanto hoc diligen-  
tius curem, quam aut de rumore, aut de Polione; de Panfa  
etiam, si quid certius, credo enim palam factum esse; **19** de Crisitio, si quid esset, certene de Metello & Balbino, dic  
mihi, placere tibi primū edere *in ipsi meo?* hoc ne Her-  
modorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est  
divulgare, ex quo, **20** λόγοις Εγμέδωρος, quid illud re-  
stumne existimas & cuicunque ame quam Brutus cui te au-  
stori. **πεντηκοντη**, scripsit enim Balbus ad me se à te quin-  
tum de finibus librum descripsisse: in quo non famē multa  
mutavisti, sed tamē quidam tu autem commode feceris, si  
relicuos continueris, & **21** διδύχια habeat Balbus, &  
*εὐλα* Brutus. sed hac haec tu, ne videat **22** οὐδὲ πεντη-  
κοντης, etiū nunc quidem maxima mīhi sunt hæc, quid  
est enim aliud? Varroni quidem quæ scripsi te auctore, ita  
propero mittere, utjam Romanū miserim describenda, ea si  
voles, statim habebis, scripsi enim ad librarios, ut fieret  
tuis, situ velles, describendi potestas, ea vero continebis,  
quoad ipse te videamus; quod diligenterne facere soles,  
cum à te tibi dictum est. **23** cum autem fugit me tibi dice-  
re, misericordia Cæsaria studio videbitur philosophia flagans  
describit à tuis: istos ipsos *finibus* habet. ego autem tibi  
confirmo, (possum falli, **24** ut homo) à meis eam non ha-  
bere, numquam eam ab oculis meis absuerunt, tantum  
porro aberat, ut binos scriberent, vix singulos confecerunt,  
tuorum & tamen ego nullum *diellum* arbitror, **25** idemq;  
te volo existimare. à me enim prætermisum est, ut dice-  
rem, eos exige nondum vele. Hui quādū de nugis? de  
re enim nihil habeo, quod loquar. De Dolabellā tibi affi-  
nior, coheredes, ut scribis, in Tusculano. **27** De Cæsaris ad-  
ventu, scripsit ad me Balbus, non ante Kal. Sext. De Attica  
optimæ,

**2. Meaque partis.**) Ita in mss. Bosii alii habent, *meaque partis*.

**3. Sunt enim vehementer πεντηκοντη.**) Vocabulary hoc Græcum quod antea debarat sciscire Victorius.

**3. Non desinam, ad Ligariamque de uxore Tuberoni, & privigna, neque possum iam addere.**) Hæc sunt **28** Decuri. Torn. & Crucifera. vulgo, nra dñpn. De uxore Tuberoni & privigna neque possum iam addere, &c.

**4. Πεντηκοντη.**) Accusandi seu criminandi cupiens.

**5. Sedes;** **Nihil Melius**, curandum enim non est, atque hæc.] Ita Bosi. ex Seideli. Iusius aut mīl. Pal. tu distingue, plures, nihil melius curandum humanis illi Paragon. Laus, &c. vulg. Curandum enim, atque illa atque hæc, &c. Lamb. addita particula negativa legit, curandum enim non non est, atque, &c. quibuldam sic placet scribi, mensibus enim curandum nō est, atque melius, atque brevi, &c. nra.

**6. Quemque.**) Manut. nra māvult, quæcumque.

**7. Transversum unguem non sparet discedere.**) Vulg. transversum unguem ne sparet discedere.

**8. Viderit** quæ *φιλοσόφας?* an in his?] Est hoc à Vick. prius ha-  
debat, videret quæ *philosophie* an *philosophie*, &c.

**9. Διδύχια tenorem.**) Meritor. aſſe. Mſſ. Victorius ita habent, antea legebatur *διδύχια tenorem*.

**10. Mihi autem.**) Neque enim ipsiſ (sc. credo.) Cum inter-  
rogat, hoc legendum censet Bosi.

**11. Tum nihil missiſ.**) Ita Dec. & Torn. vulg. remibi missiſ.

**12. Inhibere non remiges ipsiſ.**) Vulg. inhibere offens remiges ipsiſ.

**13. E πεντηκοντη.**) Affectionis retentione.

**14. De Cæsari advenia.**) In mīl. Pal. principium novæ ep. foliæ.

**15. Quam ut Lucilius.**) Faērus probante Vīsīro legebatur, quam ut La-  
cilius.

**16. Sufficiat curram.**) ut bene. **17** Hexametro huic ordinem suum ex antiquis eodd reddidit Victorius, quod & arte cum Germani fecerant: prola prius videbatur esse.

**18. Πεντηκοντη.**) Statim jam dimicaturi, gestum prægilis in  
pugna cum ferenti causa brachia protendit.

**19. Διδύχια Εγμέδωρος.**) Vocabulary Græcum quod hic debarat re-  
stituit Victorius, & ludites qui subsistuerunt *πεντηκοντη* *εγμέδωρος*,

**20. Διδύχια Εγμέδωρος.**) Ad supplendum integrum sena-  
tum adde: *επιπορτυλη*: Libris Hermodes mercaturum facit.

**21. Οὐδεὶς εἰσερεται.**) Vīsīri codicium scriptura hæc est  
prior habet, quæcumq; Brus; Vulgi nra habent, enīq; quid-  
cum antequam Brus.

**22. Πεντηκοντη.**) Parvis rebus multum labore-  
batur. Cum autem fugit me. Ita omnes mss. Bosii, & ita ille legendum ar-  
bitratur. Lambinus māvult, quæcumq; autem, &c. dices quæ in mīl. re-  
tulere quæcumq; vulgo quæcumq; autem.

**23. Ut homo, a mīl. non habet.**) Sic Bosi ex Decuri emendaris  
ut & antea Lambi ex Torn. vulg. abhinc autem, & ne non habere.

**24. Tamen ergo nullum.**) Sic Decuri. & Torn. vulg. canem emendare.

**25. Idemque te vols.**) Vulg. tamenque.

**26. De Cæsari advenia.**) In mīl. Pal. principium novæ ep. foliæ.

**27. Quod**

optimè, & quod levius, ac lenius, & quod fert ὀἰκόλως. Quod autem de illa nostra cogitatione scribis, in qua nihil tibi cedo, ea, qua novi, & valde probo, hominem, domum, facultates, quod saper est, ipsum non novi: sed audio laudabilia de Scrofa. etiam proximè accedit, & si quid hoc ad rem: διαβάσετο, etiam, quām pater, coram igitur, & quidem propenso animo ad probandum, accedit enim, quod patrem, ut scire te puto, plus etiam, quām non modo tu, sed quām ipse scit, amo, idque & merito, & jam diu.

## CICERO ATTICO, S.

**D**E Varrone, non sine causa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiror, occurruunt mihi quædam, sed ea coram, te autem αὐτὸπεραιείαν intixui, faciamque id crebrius, proximis enim tuis litteris primum, te id non nolle, cognovi. De Marcello, scriptarad me Cassius anteas; τετρακοσίου Servius, 5 o' rem acerbam! ad prima redeo. Scripta nostra nusquam malo esse, quām apud te: 6 sed ea cum foras dari, cum utrique nostrum videbitur & ego librarius tuos culpa libero, neque te accuso: & tamen aliud quiddam ad te scriperam, Cœrelliam quædam habere, quæ nisi à te non potuerit. Balbo quidem intelligebam & faciliendum fuisse: tantum nolebam, aut oblogetum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, simul, ac te video, si tibi videbitur, mittam, quid autem dubitarim, cum video te, scies. 8 Attributis quod appellares, valde probè Te de prædio avia exerceri, moleste fero. De Bruto nostro, periodiosum: sed visa foras, mulieres autem vix satis humanè, quæ inimico animo ferant, cum utraque officio pareat. Tullium scribam, nihil fuit, quod appellares, nam tibi mandasset si fuisset, nihil enim est apud eum positum nomine voti: sed est quiddam apud illum meum, id ego in hanc rem statui conferre, itaque & ego rectè tibi dixi, ubi es: & tibi ille rectè negavit, sed hoc quoque ipsum consinuò adoriamus: 9 tuum hominibus non sicut probo, quod est desertior: 10 sed habet διάλογος, verum hoc quoque, ut censueris, quippe qui omnia. Ego ut constigui, adero: argue utram tu quoque codem die, fin quid, (multa enim) utique postridie, etenim coheredes: 11 à quis sine te opprimenti, malitia est. Alteris jam litteris nihil ad me de Attica. 12 Sed id quidem in optima spē pono, il lud accuso, non te, sed illum, ne salutem quidem, at tu & illi, & Pilia plurimam: nec tamen irati 13 indicaris. Epistola Catilari misi, si minus legisses.

## CICERO ATTICO, S.

**A**NTIEMBRIDIANIS tuis litteris hori statim rescripti: 14 nunc respondō vespertinus. Brutus, malelem, me arcesseret, nam & equius erat, cum illi iter initaret & subiit, & longum: & mehercule nunc, cum ita simus affecti, ut non possimus plane simul vivere, (intelliges enim profecto, 15 in quo maximè posita sit αὐτοψίας) facile patiebar nos potius Romæ una esse, quām in Tusculano, libri ad Varronem non morabantur: 16 sunt enim defisi, ut vidisti: rancum librariarum mendo tolluntur; de quibus libris scis me dubitasse, sed tu videris, item, quos Brutus mittimus, in manib⁹ habent librarii. Mea mandata, ut scribis, explica; 17 quamquam ista retentione omnis ait ut Trebatius: quid tu istos putas? nosti domum, 18 quare confice 19 τυχογένες, incredibile est, quām ego ista non curo, omni tibi aſteratione affirmo, quod nisi credas velim, mihi majori officiationi esse, quām deletioni, possessiunculas meas. **M**A GIS ENIM doleo, me non habere, cui tradam, quām habere, qui miratur, atque illud Trebatius te tibi dixisse narrabat, tu autem verius es fortis, ne ego invitus audirem, fuit id quidem humanitatis: sed mihi cedet, jam ista non curo, quare da te in sermonem, & perfice, & confice, excita, compella, loquere, ut te 20 cum illo Scyza loqui putas, ne existimes eos, qui non debita contestari solet, quod debeatur, remissuros, de die tantum videto, & id ipsum bono modo.

## CICERO ATTICO, S.

**Q**UID est, quod Hermogenes mihi Clodius, Andromene, nomen sibi dixisse, se 21 Ciceronem viduisse Corcyra: 22 ego enim audita tibi putaram, nil igitur ne ei quidem litterarum? an non vidit? facies ergo ut sciām. Quid tibi ego de Varrone scribam? quatuor τετρακοσία sunt in tua possessione, quod egeris, id probabo, nec tamen αἰδοίογένες Τριῶν: quid enim? sed, ipsi quām res illa probaretur, magis verebar, sed quoniam tu suscipis; in alteram autem.

## CICERO ATTICO, S.

**D**E retentione, rescripti ad tuas accuratè scriptas litteras, conficies igitur, & quidem sine ulla dubitatione, aut 23 retractatione, hoc hieri & oportet, & opus est. De Andromene, ut scribis, ita putaram, scilicet enim, mihique dixisse. Tu tamen ita mihi de Bruto scribis, ut de te nihil, quando autem illum putas? nam ego Romam pridie Idus, 24 Bruto ita volui scribere, (sed quoniam tu te legisti scribis,

Pp 3

8. Quod levius & leuis & quod fert ὀἰκόλως.) Vulgati libri habent, quod levius & quod fert, & sed Lambini duo illa vocabula, ac levius, offendebant, itaque delecti jussit, legens, quod levius & quod fert διάλογος.

2. Valde probè; hisimūn.) Faenus delens, probè, legebat, valde humanum domum, &c.

3. Si quid hic ad rem.] Vulg. si quid ad hinc rem.

4. Intervixit.) In Torn. est invenit.

5. Oremacibam.) Ex miss. expressis Bessius particulam & quæ à vulg. abeat.

6. Sed etiam foras dari.) Hæc corrèctio est Victorii, antea cerebatur, sed etiam foras dari.

7. Satiscientibus.) Germanorum, Victorii & Bessii codices missi habent satiscientem.

8. Assimilatus quod appellas, valde probè.) Ex veteribus eodd. hæc amendavit V. Etotius, nam prins legebatur, ad tribunes quod appelleret, valde probè.

9. Litterum hominibus.) Sic Decurritus; editiones, hec, &c.

10. Sed habet διάλογος.) Quidam legunt διάλογος, alii διάλογος.

11. A quod sine te opprimit malitia est.) Codex Torn. habet militia in: quæ scriptura quid fibi velit, divinare non potest Lamb.

12. Sed id quidem in optima.) Vulg. sed id quidem mihi in optima.

13. Indicatio.) Alii iudicatio, quod improbat Manutius.

14. Non respondes.) Vulg. nunc respondes.

15. In quo maxime.) A vulgatis absit prepositio, in.

16. Quod enim defisi.) Sic repoluit ex Decur. Bessios: vulg. defisi, quod Barbarum ait Manutius, & mavult aut defisi aut perfici. Lamb.

binius scripturæ veteris, ut ait, vestigia sequuntur, amenda, detexti. Vetus dicit in uno ms. eff. defisi; in aliis effici; ut quam sequatur leti- pion non videat.

17. Quamquam ista retentione omnis ait ut Trebatius.) Ante Victor. vulgata lectio erau, quamquam ista retentione omnes ut ait ei Trebatius.

18. Quare confice τυχογένες.) Sichabec Decur. Vict. legit εὐλόγως. Lamb. εὐλόγης & ita ait in Torn. quod Bess. negat, dic tis scribi εΥΑΓΩΣ; ut & Ianus in Pal. vulg. pro quare confice, legitur, quam confice.

19. Εὐλόγως.) Ut, quod velis, facile perducas.

20. Cum illa Scyza.) Vulg. Scyza.

21. Circum a dīc Corcyra.) Antiqua Victorii exemplaria pro Corcyra habent currere: ille tamen in tantienebri receptam lectionem mutare non vult.

22. Διάλογος.) Pellit, libri qui membranis & pellibus contenguntur. Ita legendum judice Bessio, sic etiam repoluit Vict. in ultima editione. Lambinus quoque testatur ita scribi in Torn. nihilominus vulgatum διάλογος preferat.

23. Retractatione.) Vulg. retractatione.

24. Bius ita volui scribere sed quoniam ut te legisti scribit, & si fortassis διάλογος, me exsue, &c.) Hæc verba hoc ordine edita erant in veteribus Bessii, qui hæc parenthesin necessariam agnosceret; Lamb., qui dicit se hunc locum præclarè sic restituisse, Brus ita veli scribere, quoniam fecit te intellectu scriba, & si scripsse διάλογος, mox sum, &c.

I. Non

bis, sui fortasse *ἀποφύσεως*) me ex tuis litteris intellexisse, nolle eam me quia prosequendi sui causa Romanam nunc venire, sed quoniam jam adest meus adventus, fac quo, ne quid eum Idus impediatur, quo minus suo commodo in Tusculano sit, nec enim ad tabulam cum desideratus eram, in tali enim negotio cur tu unus non satis es? sed ad testamentum volebam: quod jam malo alio die; ne ob eam causam Romanam venisse videar. scripsi igitur ad Brutum, jam illud, quod putarem, idibus nihil opus esse, velim ergo torum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Brutii commodum impediatur. Sed quid est tandem, quod perhorrescas, quia tuo periculo jubeam libros dati Varroni? etiam nunc si dubitas, fac ut ieiunamus, nihil est enim illis eleganter, volo Varronem, praesertim cum ille desideret; sed est, ut scis.

*1. οὐδὲν ἄριστος, μηδὲ νέας τῆς ἀραιότερος αἰώνιωρος.*  
ita mihi saxe occurrit *vultus eius*, querentes tortasse vel hoc, meas partis in iis libris copiosius defensas esse, quam suas: quod in hercule et non esse intelliges, si quando in Epirum veneris, nam nunc 3 Alexionis epistolis cedimus. sed tamen ego non despero probatum in Varroni: & id, quoniam impensam tetricum in macrocola, facile patienter teneri, sed etiam atque etiam dico, tuo periculo hest. quare si addubitas, ad Brutum transeamus, est enim is quoque Antiochius. o Academiam relatacum, & cui similem, modo huc, modo illuc, sed, quodlo, epistola mea ad Varronem galene tibi placuit? male mi sit, si unquam quidquam tam enit *ἐπειγοντος*, at ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas *ἱστορίας* persequi solet, sed & Spinibato syllabatim.

## CICERO ATTICO, S.

*2.67 D*E Virgilii parte valde probo, sic ages igitur. & quidem id erit primum; proximum Clodia, quod si neutrum; metu, ne turbem, & irruam in Drusum, in temperans sum in ejus rei cupiditate, quam nosti, inaque revolvor identidem in Tusculanum, quidvis enim potius, quam ut non hac astate absolvatur. Ego, ut tempus est nostrum, locum habeo nullum, ubi facilius est possim, quam Asturix, sed quia qui mecum sunt (credo, quod mox stitiam meam non ferunt) domum properant; eti poteram remanere, tamen, ut scripsi tibi, proficisci hinc, ne reliktus videar. 3 quid autem? Lanuvium? conor equidem in Tusculanum, sed faciam te statim certiorum, tu litteras conficies, equidem, credibile non est, quantum scribam die; quin etiam noctibus, 9 nihil enim somni. heri etiam effecti epistolam ad Cæarem, tibi enim placebat: quam non fuit malum scribi, si forte opus esse putares ut quidem nunc est, nihil sanè est necesse mittere. sed id quidem, ut tibi videbitur, mittam tamen ad te exemplum fortasse Lanuvio, nisi forte Romanam, sed etas scies.

## CICERO ATTICO, S.

*10 D*eplacuit, ut isti ante legerent, aliter enim fuimus & in hos inofficiobi, & in nosmet ipsos, si illura offensuri fuimus, p̄ne periculosi, isti autem ingenui; mihi gratum, quod, quid sentirent, non reticuerunt; illud vero vel optimè, quod ita multa mutari volunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit: quamquam de Partico bello quid spectare debui, nisi quod illum velle arbitrabor? quod enim aliud argumentum epistola nostra, nisi II *κολαζίου* fit? an, si ea, quæ optima putaram, suadere voluissim, oratio mihi defuerit? totis igitur litteris nihil opus est, ubi enim 12 *ἐπιτύχη* magnum nullum heri possit, 13 *δύστυχη* vel non magnum, molestum futurum sit; quid opus est *ῳδησθεῖν?* praesertim cum illud occurrat, illum, cum antea nihil scripserim, existimatrum, me, nisi tuto bello concocto, nihil scripturum fuisse, atque etiam vereor, ne putet, me hoc quasi Catonis *μέτατη* esse voluisse, quid quaris? valde me poenitebat, 14 nec mihi in hac quidem re quidquam magis ut vellem, accidere potuit, quam quod *αρετὴ* nostra non est probata, incididimus etiam in illos, i.e. eis in cognatum tuum, sed redeo ad hotros. Planè illuc te ire, nisi tuo magno commodo, nolo, nihil enim urget, quidquid erit, 15 operam in Faberio ponamus, de die ramen auctionis, si quid scies. Eum, qui ē Cumano venerat, quod & planè valere Atticam nuntiabat, & litteras se habere ajebat, statim ad te misi.

## CICERO ATTICO, S.

*H*ORTOS quoniam hodie eras inspecturus, quid visum est tibi sit, etas scilicet. De Faberiano autem, cum venerit, De epistola ad Cæarem, jurato mihi crede, non possum; nec me turpitudine deterret, eti maximè debebat, quam enim turpis est assentatio, cum vivere ipsum turpe sit nobis? sed ut cœpi, non me hoc turpe deterret: ac vellem quidem: (esset enim, 16 qui esse debeam) sed in mentem nihil venit, nam, quæ sunt ad Alexandrum hominum eloquentium, & doctorum *συστάσεων*, video quibus in rebus versentur, adolescentem, incensem cupiditate verissima gloria, cupientem sibi aliquid consilii dari, quod ad laudem sempiternam valeat, 17 cohortantur, ad decus non deest oratio, ego quid possum? tamen nescio quid è *queru* excusplerem, 18 quod videtur simile simulacri, in eo quia nonnulla erant paulo meliora, quam ea, quæ sunt & facta sunt, reprehenduntur: quod me minimè prenitet, 19 si enim pervenient istæ litteræ, mihi crede, nos poeniret, quid? *ΤΥΝΟΝΤΙΣ* ipsum illum 21 Aristoteles discipulum, summo ingenio, summa modestia, 22 post ea quā rex appellatus sit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse? quid? tu hunc de pompa Quirini contuber- nalem

1. *Δεύτερη ἀποψία*) Acer vit, & qui forte vel infontem accuset.
2. *Νομίσεις intelligere.*] Hac serie missi prætoris Lemovicensis: vulg. intelligere auctor.
3. *Alexionis epistola cedimus.*] Verut liber Ursini, ut & Palat. referente Iunio, habemus, cedimus.
4. *Tam in ias ἐπειγοντος.*] Sic Bos. ex Decurr. Torn. pro *ἐπειγοντος*, habet, ergo, ut & missi duo Pal. teste Iunio; unde ille facit *ἴγε γέ* & vulg. debet vox *ἐπειγοντος*. Muretus conjiciebat, si unquam quicquam tam iniuria subiudi, Muretus.
5. *Περιστολέων*) Verborum complexiones, periodos.
6. *Spinibas* & *S. missi* Bosiani referabant, vulgari *Spinibas*.
7. *De Virgilii litteris.*) Non dubium est Lambino, quin haec epistola, in libro superiori collocari debet: quod & videt Minutius.
8. *Quoniam et Lanuvium.*] Ita missi Bosiani, vulgatis, quæ autem Lanuvio.
9. *Nihil enim summi.*] Vulg. nihil est summi.
10. *De epistola ad Cæarem.*) Lectio nem hanc missi suorum vulgatae Bosius anteculit, illa autem talis est, *Ep. platon ad Cæarem.*
11. *Kολαζίου.*) Assentatio. Verbum hoc Grecum primus inter-

- gratia sua sic restituit Victor: ex miss. quibus erat, collata, antea legebatur, collata; quidam autem Beroldum emendauit, collata; quod adeo ridiculum est ut credere non posset Victor us.
12. *Ἐπειγοντος.*) Expet ex se adeptos prosper successus.
13. *Ἄβερτον μετατη.*) Aberratio, spes frustratio, infelix successus.
14. *Nec mihi in hac quidem.*] Vulg. pronomen, mihi, abest.
15. *Operam in Faberio.*] Sic prisc. cod. Bosii: vulg. operam Faberio.
16. *Qui efficit am.*] Hoc reprobat Prætor noiter, auctoribus ibris antiquis, vulg. debet.
17. *Cetera autem, ad decus non deest.*] Alter hinc in impressis distinguuntur, cetera autem ad decus: Non deest, &c.
18. *Quod videtur simile.*] Vulg. quod videtur.
19. *Quia nonnulla.*] Vulg. quod nonnulla.
20. *Si enim pervenient ista litteræ.*] Lamb. existimat hī: duo haec vocabula, ad eum, desiderat, & à brachis per imprudentiam omisso esse.
21. *Ar finit.*] Vulg. Ar finit.
22. *Non scripta desiderat.*] Vulg. desiderat.

alem, his nostris moderatis epistolis lataturum putas? ille vero potius non scripta desideret, quam scripta non prober. Postremo, ut volet, abit illud, quod tu me stimulabat, quod tibi dabam πρόληπτον αρχαριδεον, multò mercurio magis nunc opio calum illum, quam cum timebam, vel quem libebat. Nisi quid te aliud impedit, mihi optato veneris. 3 Nicias à Dolabelli magno opere arcissimus, legi enim litteras Jesu invito me, tamen eodem meo auctore profectus est. Hoc manu mea.

## CICERO ATTICO, S.

29 Cum quasi alias res quererentur de philologis è Nicia, incidimus in Talmam. ille de ingenio nihil nimis modestum & frugis, sed hoc mihi non placuit. se scire aejebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q filiam, vetulam sanè, & multarum nuptiarum: 4 non esse probatum mulieribus, quod ita reperirent, rem non majorem DCC. hoc putavi te scire oportere. De hortis ex tuis litteris cognovi, & Chrysippo in villa, cuius insuffitatem bene noram, 5 video nihil, aut pauca mutata, bainearia tamen & laudat majora: de minoribus ait hiberna effici posse. testa igitur ambulatiuncula addenda est: quam ut tantam faciamus, quantum in Tusculano fecimus, propè dimidij minoris constabit isto loco. ad id autem, quod volumus, 6 οφελούμενος, nihil aptius videtur, quam lucus quem ego nō tam: sed celebratissimum nullum tum habebat: nunc audio maximam, nihil est, quod ego malim. in hoc τὸν τύφον μέρος διάβατροφόδεγνος. Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat, noli quætere, quanti. Othonem vincas volo: nec tamen insanitum illum puto. nosse enim mihi hominem videor, ita male autem audio ipsum esse tractauim, 7 ut mihi illa emtor non esse videatur. 8 quid enim? pateretur? sed quid argumentor? si Fabrianum explicas, emamus vel magno: sin minus, ne parvo quidem possimus. Clodium igitur, 9 à qua ipsa ob eam causam sperate videor, quod & multo minoris sunt, & Dolabella nomen jam expeditum videtur, ut etiam 10 representatione confidam. De hortis satis. Cras autem te, aut causam; quam quidem futuram Faberianam. sed si poteris.

## CICERO ATTICO, S.

30 CICERONIS epistolam tibi remisi. ô te ferreum, qui ciliis periculis non moveris! me quoque accusat. 11 cari tibi epistolam misisti? nam illam alteram de rebus gestis eadem exemplo puto. 12 In Cumnanum hodie misi tabellarium, ei deditus ad Veforum, quas Pharnaci dederas. Commodum ad te miseram Demeam, eum Eros ad me venit. sed in ejus epistola nihil erat novi,

nisi, auctionem biduum. ab ea igitur, ut scribis; & velim, concocto negotio Faberiano: quem quidem negat Eroshodie. cras mane putat à te colendus est. ista autem καλακλεια non longè absunt à siclere. te, ut spero, perendies. 13 Mihi secunde potes, erues, qui decem legati Mummio fuerint. Potybius non nominat. ego memini Albinum Consularem, & Sp. Mummiū. video audisse ex Hortensio, Tuditānum. sed in Libonis annali, XI. annis post Prator est factus Tuditānus, quam Consuli Mummius: 14 non sone quadrat. ὑπὸ aliquem Olympiæ, aut ubi vīsum, πολυτελὴ σύλλογον, more Dicarchi, familiariſtui.

## CICERO ATTICO, S.

V. Kal. manē accepi à Demea litteras pridie datās, ex quibus aut hodie, aut cras te expectare deberem, sed, ut opinor, idem ego, qui exspecto tuum adventum, morabor te. non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam si est futurum, ut non habeat aliquid mera. cum poteris igitur, quoniam etiamdum abes. Dicarchi, quos scribis libros sanè velim mihi mittas; addas, etiam i. καταστάσεως. De epistola ad Casarem, 16 καταστάσεως. atque idipsum, quod isti ajunt illum scribere, se, nisi constitutis rebus, non iterum in Parthos, idem ego suadebam in illa epistola: 17 fin; utrum liberet, facere posse, auctore me, hoc enim ille exspectat videlicet, neque est facturus quidquam nisi de meo consilio. obsecro, abjiciamus ista, & semper liberi saltem sumus: quod aſſequemus & tacendo, & latendo. Sed & aggredere Othonem, ut scribis, confice, mi Attice, istam rem. nihil enim aliud reperio, ubi & in foro non sim, & tecum esse possim. quanti autem, hoc mihi venit in mentem. C. Albanus proximus est vicinus, is ex jugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria est, n. ex v. omnia scilicet nunc minoris. sed accedit cupiditas: in qua, præter Othonem, non puto nos ullum adversarium habitueros. sed eum ipsum 17 tu poteris moveare: facilius etiam, 18 si Kanum haberes, ὁ γαλανοῖſulfam: puder me patris. reſcribes, si quid voles.

## CICERO ATTICO, S.

ALTERAM à te epistolam cum hodie accepissem, 19 nolui te una mea contentum. Tu vero age, quod scribis, de Faberio. in eo enim torum est positum id, quod cogitamus: qua cogitatio si non incidisset, 20 ( mihi credo istuc, ut cetera) non laborarem, quamobrem, ut facis (istuc enim addi nihil potest) surge, inta, perfice. Dicarchi τε Ψυχῆς utrosque velim mittas, & καταστάσεως. 21 τετραπληκτὸν non invenio, & epistolam ejus, quam ad

P. 4 Aristo-

te legebatur, non sanè quadrat aliquid Olympia; quod se nec intelligere nec corrigerem posse profiteret Victor. vulgo nunc legitur, n. aliquem Olympia, &c.

17. Καταστάσεως. Decurta. Crusell. & mss. Pal. habent καταστάσεως.

Torn. καταστάσεως. Vulgate lectionis καταστάσεως author est Vict. que non displiceat Lambinus qui, si quid mutandum esset, legeret καταστάσεως,

sed Corradus putat & mavult legi πιθεκα, alii καταστάσεως legunt.

18. Sin; utrum liberet facere posse, auctore me. Particulam fin. quæ abeat ex mss. fin. recte recte Boſius. Lambinus, quum abiente particula locum hunc non intelligeret, sic emendavit utrum libres facies: posse antea me.

19. Καταστάσεως. Do defensu in antrum Trophonium.

20. Tu poteris movere. Sic Victorius: vulg. menere.

21. Kanum. Sic mss. teste Victorio, quod mavult Boſius quam vulg. Canum.

22. Noluit una. Vulgo, voluit etenim.

23. ( Mihi credo istuc, ut cetera) non laborarem.) Lipsius logicus mihi, certe, istuc ne cetera non laborarem. l. b. i. Antiq. loct. cap. 19.

24. Τετραπληκτὸς. Librum inscriptum, Tripoliticus. Sic re-

tituit ex mss. Victor. antea πολυτελὴ legebatur. Antiquus liber

1. *Vel quem libebat.*] Hæc est scriptura Tornæziani, Decurritus & Crusell, vulgo quidem libet.
2. *Nicias à Dolabelli.* Hoc principium epistolæ in ms. Palat. & probatur Junius.
3. *Nō ēst p̄l̄rūm.* Vulg. probatur.
4. *Unde nihil aut pauci mulier. bainearia.* Ante Victorium legebat, video in hanc aut paucam, aut ut bainearia.
5. *Laudat majora de minoribus.* Alter vulgo distinguuntur hæc verba; laudat majora de minoribus, &c.
6. *A' φίδηνος.* Fanum.
7. *Urimi illi imperio ēst non videatur.*) Faenrus ex antiquo libro, non sibi rite videatur.
8. *Quid enim? pateretur?* Vulg. quid enim pateretur?
9. *A qua ipsa.* Vulg. agne ipsa.
10. *Representatione confidam.* Vulg. representatione concludam.
11. Ciceron. J. Hæc app̄nguntur superioribus in vulgatis; epistola vero hæc incipit ab illis verbis, cummodum ad te m̄feram, &c.
12. *Eam ibi epistolam misisti?* Auctoriibus Scidis sic scripsit Boſius: vulg. eam ibi epistolam misisti.
13. *In Cumnanum hodie.* J. In istis verbis ms. unus Pal. finitum statuit epistolæ.
14. *Mihi secunde potes.* Sic habent Decurritus & Tornæz. vulg. probat. nomes m̄ abit.
15. *Fuerint.* Vulg. fuerint.
16. *Non sunt quadrat.* ὑπὸ aliquem Olympia.) Ita veteres libri n̄ si quod Latini litteris scribunt, n̄ si quod Boſius Graecum agnoscit. An-

I. Jufi

Aristorenū mīlit̄. treis eos libros maximē nunc velle: apt̄ essent ad id, quod cogito. Torquatus Rom̄ est: iūssi, ut tibi daretur. Catulū. & Lucullū, ut opinor, antea h̄is libris nova præcēmā sunt addita: quibus eorum uterque laudatur. eas litteras volo habeas: & sunt quādam alia. Et, quod ad te de decem legatis scripti parum intellexi, credo, quia *Ad quæcavā* scripteram. de C. Tuditano enim quārebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem: eum video in Libonis Pratorem & P. Popullio, & P. Rupilio 3 cōs̄. annis XIIII ante, quām Prator factus est. & legatus esset potuisset nisi admodum sc̄r̄ Quæstor est factus: quod non arbitror. video enī Curulis magistratus eum *legitimus* annū *versacile* cepisse. Postulūm autem, cuius st̄ tuam in Isthmo meminisse te dicas 5 in iis scriebam fuisse, is autem est, qui cum Lucullo fuit; quem tu mihi addidisti, sanc̄e ad illum *σύλλογον* personam idoneam videbis igitur, si poteris, ceteros; ut possimus 6 *πομπηον* καὶ τοῖς προσωπίαις.

## CICERO ATTICO, S.

